2 ¶Quõ execrat? ℟. fm ℙe. ɗ pal'. q ꝺsecratõ calicis fit i supficie. et io si calix argẽteus ꝺse crat⁹ deauret: indiget recõsecratõe. ℌec⁹ cre do si deauratio cadit ppter vsũ. qz nõ recõse crabit. nec ẽ sil'e i calice deaurato sic i pariete eccl'ie. q̃ decrustat⁹ indiget recõsecratõe. vt in glo. c. eccl'ijs. de ꝺse. di. i. sz i pditiõe auri qɗ ita sbtiliter ponit. nõ videt sit ita ꝺsecratio i supficie ipsius q̃n remaneat in argẽto. et ita seruat ꝺsuetudo. ℌil'r si amittat formã suã execrat. arg. c. i. de ꝺse. ec. vl' al. ꝛ qz destructa forma iã nõ est calix. ꝛ si repatur erit nouus calix. ꝛ io ꝺsecrandus. ℌecus si formã non amisit. q̃uis aliqualiter lesus fuerit.

Calũniator q̃s dicat. vide. s. accusatio. §. vij.

Cambiũ vide. j. vsura. i. §. li.

Canonica portio ɗz. qz ẽ a cano nibꝫ approbata ꝛ de bita iure decretoꝝ. x. q. i. ɗ hijs. ꝛ. c. ɗ cernim⁹ ꝛ. xvi. q. i. ꝺstitutũ. ꝛ i cle. dudũ. de sepul.

1 ¶Quottuplex est canonica portio? ℟. q duplex. Una que debetur epo ab omnibꝫ eccle/ sijs totius diocesis. de qua habes. x. q. i. in. c. de hijs. ꝛ. c. se. in glo. ꝛ de testa. c. officij. ꝛ. c. se. cum ꝺcordãtijs. in glo. Alia q̃ debetur eccle/ sie parochiali. de qua habet de sepul. p totũ. in decre. ꝛ. vi. ꝛ cle.

¶Quotta est canonica portio epalis? ℟. fm 2 glo. in. c. requisisti. de testa. est tercia vl' quar ta fm ꝺsuetudinem

¶Quotta ẽ canõica portio parochial'? ℟. q 3 iura sunt diuersa ꝛ io erit q̃rta. qz i illa omia iura ꝺcordãt. licet q̃dã dicãt mediã. q̃dã ter cia. ff. de arbi. l. diẽ. §. inde q̃rit. ꝛ de arbi. c. si ex tribꝫ. li. vi. nã i dubijs seq̃mur qɗ mimũ ẽ ff. de le. ij. l. si ita relictũ. i fi. ff. ɗ re. iur. l. semp ita no. Archi. in. c. cũ q̃s. de sepul. li. vi. ꝛ Jn/ no. i. c. requisisti. ꝛ ℬer. in. c. certificari. de te sta. ꝛ h vez nisi ꝺsuetudo esset dandi medie tatẽ vel tercia. qz tũc ista esset debita. vt i. c. certificari. Et sic intellige iura q̃ vident di cere q est tercia vel medietas

¶Utrũ ꝺsuetudo valeat qua nihil dat epo vel parochiali ecclesie? ℟. ℙosti. in summa. ti. de sepul. tenet q nõ. ℌil'r ꝛ ℬoffre. cũ sit irrationabilis. c. fi. de ꝺsue. et ꝺtra iura. de se/ pul. c. i. dñs ℙetrus de perusio in tractatu ɗ canonica portione. ꝛ Jnno. tenet q ꝺsuetu/ do valet dũmodo sit pscripta spacio anno⁹ xl. facit. c. de quarta. de pscrip. ꝛ quod no. Jo. in. ɗ. c. certificari

¶Utr⁹ pscpt̃iõe etiã sic ꝺsuetudine possit in 5 totũ tolli? ℟. fm ℙo. vbi. s. ꝛ ℙe. q sic. sz req̃rit titulus vel cursus tpis. cui⁹ cõtrarij memoria nõ existat. ꝛ ita loq̃tur. c. i. de pscp. li. vi. Ratio. qz ius ꝺmune est p eccl'ia paro/ chiali vel epo. Et ideo vbicũq; psumptio ẽ ꝺtra possidentẽ. oportet q titulũ alleget ꝛ pbet p quẽ talis psumptio tollatur

¶Utr⁹ p pactũ possit renunciari dicta q̃rta? 6 ℟. fm Archi. i. c. pactũ. de pac. li. vi. q qñ da nificat eccl'ia nõ valet pactũ. ℌecus vbi nõ damnificaret. qz valeret etiã sine aucte supi oris factũ. l. nõ eo minus. C. de pcu.

¶A quibꝫ debetur q̃rta epalis? ℟. fm ℙosti. 7 in sum. ti. de sepul. q debet ꝛ põt peti ab omni bus eccl'ijs infra ppriã dioceſim ꝺstituti. vt xvi. q. i. ꝺstitutuz. sive sint capelle monacho/ rũ vl' alioꝝ religioso⁹. vl' mõasteria. vel alia pia loca. sive sint ꝺuẽtualia. vl' quis alia i ci uitate vl' extra. vt de off. ordi. ꝺquerẽte. ɗ testa. officij. ꝛ. c. requisisti. etiã si sint exempta. nisi i pprilegio fiat spãlis mẽtio de piudicio epa/ lis quarte. ɗ dci. dudũ. §. vlti. ff. ne quid in loco pub. l. i. §. merito. ℙa. in. ɗ. c. officij. re/ net ꝺtrariũ. s. q solũ debeat ab eccl'ijs epo ob/ iectis. nõ ab exemptis seu sbiectis imediate

papæ. & dicẽ q̃ sic cõiter tenet. Pe. vo in pfato tractatu limitat Pa. vel dicere. qñ legãs ecclesie exempte nõ ẽ sbdit⁹ epi vel exempt⁹ sil'r alis tenet. Sz fior vr opi. Pa. qz ista q̃rta data epis rõe sollicitudis quã tenẽt hẽ i eccle
8 sijs sibi sbiect⁹. vt pz i. d. c. q̃rẽte. ñ respectu
¶ Sz nũq̃d exẽpti tenent soluere legãtũ
q̃rtã canonicã papæ. R. abbas i. c. req̃sisti. de testa. q̃ sic. Et seq̃tur. d. Pe. vbi. s. legat⁹ tñ de latere potere nõ poterit. qz nõ ẽ dioces an⁹
9 exemptor. ó pui. c. aucte. li. vi. in glo.
¶ De q̃bꝫ tenet q̃rta canõica epalis. R. q̃ de oibꝫ legatis factis q̃buscũq; eccl'ijs vel pijs locis fm q̃ dixi i. §. pcedẽti. et etiã q̃rta debet maior. & q̃rta eor. q̃ venũt occasiõe funer⁹. vt i. c. req̃sisti. ó testa. & ibi Pa. Fallit hĩ. vij. casibꝫ fm. d. Pet. vbi. s. Primo qñ relinquit aliq̃d p ornamẽtis eccl'ie seu vestibꝫ. vicz cũ legat sericũ p planeta. vl' aliud ornamẽtũ p altari. vt no. doc. in. c. fi. ó sepul. Et q̃ seq̃tur q̃ si legatur aliq̃d vt fiat chor⁹ vl' pictura. vl' maiestas. vel calix vel hmõi: nõ tenet q̃rta. qz ista ẽ fabrica ad lõgeuũ honorez dei. d. c. fi. & l. i. C. ne lice. sig. sal. Iste imagines & cruces appellãtur signum dei. l. tucia. §. seia. ff. ó au. & ar. le. Et Inno. in. c. cũ ad sedẽ. ó resti. spo. dicẽ. q̃ cruces et calices sunt ornamentũ eccl'ie. Secus qñ legatur p pfatis ornamentis redimẽdis. ornãdis seu repandis. vt dicẽ Inno. i. d. c. fi. Idẽ dic cũ legat p libris nec cessarijs diuino officio Sil'r qñ legatur pro monumẽto fiẽdo. qz religiõis interest monumẽta ꝓstrui vel ẽornari. l. i. §. interdictũ. ff. de mor. infe. Tercio qñ legatur p fabrica eccl'ie reparãe indigẽte. & portio p fabrica non habet. vel si habet non sufficit. Si vo eccl'ia nõ indiget fabrica soluet q̃rta fm Do. reliquũ fuabit p tpe nccio ad fabricã. Quarto qñ legatur p luminaribꝫ oleuz p lãpade vel cereis hmõi. Quinto quãdo legatur p anniũ sario celebrãdo annuatim. c. cuz creatura. de ce. miss. Sexto qñ legatur p. vij. exx. thmõi fm Do. i. d. c. fi. Septimo quãdo relinq̃tur ad ppetuũ cultũ diuinũ. puta q̃ festũ vnius sancti fiat annuatim. vel dicat officiũ i vna capella. qz in hmõi ꝓsistit cultꝰ diuinus. c. fi. de relegi. li. vi. Octauus fallit fm Pa. i. d. c. requisisti. in oblatõibꝫ. de quibꝫ nõ tenet q̃rtione in vita. de qua etiã nõ tenetur. c. de his de sepul. ij. c. i. de testa. mo.
¶ Utz tenet q̃rta epo de relictis factis hospitali. R. Pa. in. d. c. officij. q̃ sic. si ẽ religiosus. puta auctę epi ꝓstructũ. etiam fm Jo. an. si relictũ fuisset factũ paupibꝫ tal' hospital'. qz pſumitur habuisse respectũ ad locum nõ ad pſonã. Secus si relictũ esset paupibꝫ simpl'r. qz nõ teneret. l. nulli. & l. si q̃s ad ecclianda. C. ó epi. & cle. Si vo hospitale nõ ẽ religiosum. licet diuersa sit opi. tñ tenet cum Pa. ibidẽ. q̃ si hospitale ẽ edificatũ auctę ita defuncti: sic eps habebit quartã. qz eps habebit curã. vt dixi in aut. de ec. ti. §. si q̃s. qz non pot amplius redire ad pphana. Si vo edificator vult. sic nõ tenetur q̃rta. & relictũ videtur factũ paupibꝫ cũ talis locus nõ sit capax. qz edificator pt eũ destruere. c. inter dilectos. de dona. & ibi Inno. Et ex dictis ptz q̃ relictis istis frnitatibꝫ nõ tenet q̃rta. vt tenet Pe. q̃. s. Limita tñ pfatũ dictũ Jo. an. ó paupibꝫ simpl'r vez. s. qñ legatur i genere paupibꝫ fm Bal. ita q̃ iter pſonas distribuatur & nõ inter loca. vtputa qz testator iubet cuilibꝫ paupi dari tunicã vl' certã q̃titatẽ pecunie. qz legat vt singl'aribꝫ pſonis. & sic nõ tenet q̃rta epo. c. ex pte. el. ij. de ẏ. sig. als legãdo paupibꝫ i genere videt legare hospitalĩ qđ ẽ i ciuitate vbi testator hz domicilũ. casus ẽ i. d. l. si q̃s ad declinãdã. ẏ sic l'o vbi aũt. & iõ teneretur q̃rta ꝫ Jo. an. & eũ seq̃ntes. Et sic vez credo qñ ẽ tale hospitale q̃ pauperes cõiter ibi mittũtur. Secꝰ i hospitalibꝫ vbi pauci pascũtur. Et sic intelligo Jo. an.
¶ Utrũz tenetur quarta epo de legato facto 11
alicui vt singulari pſone. R. d. Pe. vbi. s. q̃ nõ. sicut qñ legat clerico nõ hñti administrationẽ vel plato em: seu alicui canonico. vt i. d. c. requisisti. §. fi. vel cũ legatur leprosis morãtibꝫ i tali loco seu domo. vl' cũ legat heremitis aut istis fratribꝫ qui morãtur in aliquo loco. vel aliquibꝫ mulieribꝫ pro dote. vel viduis. pegrinis. & hmõi. in quibꝫ cessat. d. c. ex parte. el. ij. vide quod no. Inno. in. c. relatũ. de sepul.
¶ Utz tenet q̃rta epalis de legatis p male 12
ablatis. R. d. Pe. vbi. s. q̃ nõ. qz sũt debita nõ legata. siue restitutio sit certa siue incerta
¶ Utz tenetur qñ sbdit⁹ legat eccl'ie extra di 13
oceſim ꝓstituere. R. q̃ nõ. ita tenet Abbas in d. c. req̃sisti. & Inno. & Jo. in. d. c. certificari. Et ita ꝓsuluit Jo. de mõte merlo. Dec intelligo nisi ꝓsuetudo vel pscꝑtio aliud habeat. c. cũ inter. de ver. sig. el. ij.
¶ De quibꝫ tenet canonica parochial'. R. de 14
omnibꝫ que venũt rõne funeris & de omnibꝫ legatis factis eccl'ie apd quã elegit sepulturã. de sepul. p totuz. & in cle. dudum. eo. ti. Fallit hoc in. xiij. casibꝫ. fm. d. Pe. vbi. s. Primo

qñ p ꝯsuetudinē vl' p̄scr̄ tiōz nihil soluit fm
ꝙ dictū ē. Sc̄ds qñ p p̄uilegiū pape eximi
tur a p̄statōe. de relig. do. c. ꝯstitut⁹. ō testa. c.
officij. i fi. ō sepul. i nr̄a. hmōi sunt hodie fra
tres minozes t p̄dicatozes p p̄uilegiū. Ter/
ci⁹ qñ legat ad vsus p̄uilegiatos. de q̄b⁹ in. c.
fi. de sepul. q̄ sunt septē casus p̄mi. de q̄b⁹ nō
dr̄eť quarta epalis. de q̄b⁹. s. i. §. ix. Quart⁹
qñ eccl'ie donat donatōe intervivos. vt in. d.
c. de. his. §. si ꝙo. Quintus qñ q̄s post electo
nē sepulture in aliq̄ mōasterio illud intrat. t
in eo p̄fitetur añq̄z moziatur. Et ideꝛ dico si
intrauit cū p̄posito absolute mutādi vitā. qz
vsinit eē parochian⁹ alterius eccl'ie. ar. c. bñ
ficiū. de regula. li. vi. Si ꝙo nō fecit p̄fessiōz
nec habuit absolute p̄positū vitā mutādi de
betur quarta. fm Archi. in. c. cū q̄s. ō sepul.
li. vi. t videť verius fm Se. ibidē. licz alij di
cāt ɔ. qz religiosus cēsetur ɔhere domiciliū i
monasterio facta p̄fessione tacite vel exp̄sse.
nō añ. vt dicit Archi. t Jo. i. c. statutū. de re
scr̄. li. vi. Et idē videť dicēdū de lepꝛoso qui
intrauit domū lepꝛosoꝛ ꝙ nō dr̄eť fm Bu.
Sec⁹ de illo q̄ recipiť i ɔfratrē q̄ tñ retinet bo
na sua q̄ ad p̄pꝛietatē. qz debetur q̄rta. c. cū et
plātare. de p̄ui. qz nō trāsit in religionē. Se
cus si solū sibi retinuisset vsufructū suoꝛ bo
noꝛuz. qz gauderet p̄uilegio religionis. c. vt
p̄uilegia. de p̄ui. Sextus qñ q̄s legat eccl'ie i
qua nō sibi elegit sepulturā. nec sepeliť ibi/
dē fm glo. ordinariā. in. c. i. de sepulť. t idem
Jnno. in. c. ij. de sepul. t Archi. i. c. i. eo. ti. li.
vi. licet in. c. placuit. xiij. q. ij. tenuisset ꝙ de
dr̄eť h̄. idem p̄bat Jo. an. in. c. i. t. c. certifi/
cari. de sepul. i glo. t in cle. dudū. §. verū. vbi
repꝛobat opi; Do. tenētis ɔriū i. d. c. ij. et est
opi. vera. alia Do. repꝛobata fm. d. An. in
d. c. certificari. Nā talia debēt eē sbiecta q̄lia
p̄dicata. xxxij. q. ij. apl's. Septimo fallit qñ
de facto sepeliť. vtputa qz erat ibi interdicta
eccl'ia vl' ciuitas. fuit tñ ō facto t ɔ volūtatē
fratꝛ sepult⁹ i eoꝛ eccl'ia t ml'ta oblata. Nā
fm Fe. ɔsil'. exix. t seq̄tur Hemi. i. d. c. i. de se
pul. li. vi. nō dr̄eť q̄rta. Rō qz talis tpe iter
dicti nō p̄t eligere sepulturā apud medican
tes. vt no. Jnno. ō p̄ui. c. vt p̄uilegia. t. c. cū
t plātare. t ō pe. t re. q̄ i te. q̄uis liceat ip̄is
recipe moꝛtuaria vt oꝛēt p defūct⁹ si cū pnia
decessēruť. xi. q. iij. q̄cūq̄z. facit q̄ dō. Jnno. i
c. tāta. ō excess. pla. Jtē qz q̄rta debeť rōe in/
iurie facte eccl'ie parochiali. d. c. certificari. g̃
nullā iniuriā ei facit ex̄q̄ ibi nō poterat sepe/
liri. immo pl⁹ dicit idē Fe. ꝙ si medicātes spō
te eū tali tpe sepeliūt nō dr̄eť q̄rta. sz tenent

tāq̄z violatoꝛes interdici. cle. i. de sepul. t i.
si canōici. de off. oꝛ. li. vi. tūc em̄ solū debeť q̄r
ta qñ sepeliūt i casu a iure ɔcesso. sec⁹ si sepeli
unt i casu a iure p̄hibito. vt in. c. ex p̄te. cl. i.
t in. c. cū libeꝛ. t in. c. i nr̄a. i fi. de sepul. t ibi
dicit Jnno. ꝙ qñ ō facto nō ō iure sepeliť de
benť coꝛp⁹ t oblatiōes q̄ rōne sepulture facte
sunt. sz nō legata facta nō rōne sepulture vl'
occasione ip̄si⁹. Et ita p̄z ꝙ si ō facto sepeliť
ɔ volūtatē illi⁹ cui⁹ ē eccl'a. ꝙ nō teneť ad q̄r
tā aliquā. sz tenetur t coꝛp⁹ t oīa q̄ rōe sepul
ture habuit restituere. sed nō q̄rtā ō legatis
fact⁹ nō rōne sepulture vl' ei⁹ occasiōe. Sed
nō debeť de his q̄ amici de bonis ip̄soꝝ tunc
offerūt. Octauo fallit qñ eccl'ia parochialis
erat interdicta t nō parochiani. nā tūc eccl'a
nō habebit q̄rtaz. siue parochian⁹ sepeliatur
alibi ex electōe sua siue nō. vt qz alibi i sepul
crū suoꝛ maioꝛ fm Pe. t no. Se. in. c. i. de se
pul. li. vi. Nono qñ reuocat electōz quā fe
cit legādo. t alibi elegit sepulturā et sepeliť.
qz paria sunt nō eligere t electā mutare. ff. de
adi. le. l. i. t. ij. Hz ꝙmo casu nō debeť. vt. §.
dictū ē. g̃ nec i scdo. Jta ɔsulit Fe. ɔsi. p. Se.
in. d. c. i. videtur tenere ꝙ reuocata electōe se
pulture reuocetur t legatū. t debiť illi eccl'ie
vbi elegit sepeliri. qz surrogat⁹ doz itelligi sur/
rogatus cū oībz q̄litatibz onere t honoꝛe.
l. i. §. hec actio. ff. si quis te. li. esse iusť. fue. Et
ideo onus etiā emolumēti ɔmutať. t ecōtra
l. alūne. §. seia. ff. de adi. le. Et dicit verū nisi
aliter ɔstet de volūtate legātis. Decimo qñ
licet elegerit. tñ nō sepeliť ex facto heredū vl'
ex facto ɔtigēti circa p̄sonā defūcti. puta q̄a
moritur nimis lōge. vl' heredes nolūt ad ec
cl'iaz electā deferri. qz ꝛba sunt itelligēda cū
effectu. l. i. ff. qd̄ q̄sq̄z iuꝛ. t. l. ea q̄dē. C. si mā
ita fue. alie. Tex. ē in. c. relatū. de cle. nō resi.
Ergo cessabit canonica exquo ibi nō sepeliť.
Jta tenet Fed. vbi. §. t. d. Pet. vbi. §. He.
tñ in. d. c. i. videť sentire ꝙ isto casu eccl'ia n
p̄uatur legatis factis g̃ra sepulture. vt no. i
c. in nr̄a. de sepul. Et iō forte nec sua q̄rta ec
cl'ia parochiali. Undecimo cū legatur p in
certis male ablatis. fm. d. Pe. vbi. §. Duo/
decimo qñ legatū ē eccl'ie parochiali tm̄ qn
tū est quarta ps legatoꝛ factoꝛ eccl'ie electe
fm Host. in. d. c. officij. t. d. Pe. vbi. §. Alij
volūt ꝙ nō ɔputabitur. sed soluet quartaz
ecclesie electe ac si nihil eccl'ie parochiali esset
legatū. sicut Hoff. Ray. i summa. Jo. in. d.
c. officij. Fed. ɔsil'. ij. Jo. ō lig. in. d. cle. du/
dū. Tu ꝙo tene ꝙ si ɔsuetudo esset ꝙ teneret
tm̄ legare eccl'ie parochiali. tūc vera sit ꝛōa

opi. vt nō ꝓputet. Si ꝙo dicta ꝯsuetudo ñ
ē. sic ꝓputabit. ⁊ si minꝰ ē supplebit. sic filꝰ
facit in. l. si qñ. C. de inoffi. testa. Si plꝰ ē le/
gatū ei quā sua quarta nō defalcabit. Trede
cimo qñ tpe testamēti ⁊ legati nō elegit sepe/
liri. sed postea tpe mortis elegit sepulturā. fa
cit. c. relatū. de sepul. i. i. glo. Bef. i. d. c. ō his
dic se dubitare. Sed ego credo nō teneri ni
si fiat in fraudē. Decimoquarto qñ parochi
anꝰ nō potuit audire diuina. nec pcipe eccl'i/
astica sacra in sua parochiali eccl'ia ꝓpt va/
cationē lōgo tpe. ⁊ alibi elegit sepulturā ſm
Bal. in suo tractatu. Deb rō. qz q̄ leganť p
labore. cessante eo cessat ⁊ legatū. l. seio. in fi.
ff. de annu. le. Cū ḡ quarta deb p admīstratō
ne sacramētoꝝ ⁊ celebratōe. vt ptz in. d. cle.
dudū. §. verꝝ ibi. cū mercedis exhibitō. patz
q̄ nō debeť. qz cessante cā finali cessat effectꝰ.
de quo de transac. c. inter coꝛpalia. Hosti. ꝙo
⁊ Jo. in. c. relatū. de sepul. ⁊ Pe. vbi. s. tenēt
q̄ immo debeť. qz viciū plati nō debet nocere
eccl'ie. Sꝛ ego teneo cū Bal. ⁊ dico q̄ viciuꝝ
plati nocet eccl'ie in acq̄rendis. vt no. i. c. vt
sup. de re. ec. nō alie.

¶ Utrꝝ de legato facto rectori eccl'e i q̄ elegit se
pulturā p missis dicēdis p rectorē debeať q̄r
ta parochial' ? R. q̄ sic. qz etiā debeť q̄rta epal'
vt in. c. si cū inter vos. de ver. sig.

¶ Utrꝝ de donatōe cā mortis debeať ? R. q̄ sic.
qz accedit magis legato q̄ꝫ ꝯctu. l. fi. C. ō do.
cā moꝛ. cle. dudū. de sepul.

¶ Cui debeť canonica poꝛtio ? R. epalis debe/
tur epo diocesis. parochialis ꝙo debeť eccl'ie
vbi audit diuina ⁊ pcipit eccl'astica sacramē
ta. tex. est in. c. cū quis. de sepul. li. vi. vel debet
pcipe de iure. Si ꝙo trāstulit domiciliuꝫ ali/
ubi. ⁊ moꝛiť anteq̄ nouū domiciliū acq̄sie/
rit. tunc debeť eccl'ie parochiali in qua mo/
riť ſm Archid. in. c. i. de sepul. lib. vi. Hugo.
Ray. Hoff. ⁊ Ulin. in. c. nos. de sepul. qz vo/
lūt q̄ ibi doꝛ sepeliri si nō elegisset. Sꝛ tenen
do opi. Inno. i. d. c. nos. insti. de sepul. q̄ doꝛ
sepeliri i eccl'a cathedrali: ipsi debebitur. Si
ꝙo hꝫ domiciliū in diuersis parochijs vt sūt
reges. tūc ē equū q̄ diuidať. ſꝫ nō credo ne/
cessariū. ſꝫ dabiť eccl'ie in qua moꝛitur. licet
Hosti. ⁊ Inno. dicāt diuidendā

¶ Quid si audit diuina in vna. in alia ꝙo re
cipit sacramēta ? R. Inno. ⁊ Jo. in. c. de his.
de sepul. Archi. in. d. c. cū quis. q̄ fiet diui
sio poꝛtionis. c. i. ⁊. c. relatū. de sepul. limito si
vtraq̄ habet cimiterū ⁊ curā. alꝫ nō. ar. c. si
eccl'ia. de ꝓse. ec. vel al.

¶ Quid de istis receptis i ꝓfratribꝰ retentis
bonis suis ? R. Ho. ⁊ Hoff. q̄ sic nō eximūť
a iurisditōe epi. ita debeť quarta de legatis p
ipos. De q̄ dic vt. s. §. xiij

¶ Quō extrahētur iste q̄rte ? R. Ho. in sum. de sepul. q̄ extrahetur p mo q̄rta epal'. qz an
tiq̄oꝝ ⁊ dignioꝝ. demuꝫ parochial' si venit ex/
trahēda. Si ꝙo p̄us fuisset quarta parochi
alis extracta. sic eps habebit quartā q̄rte pa
rochialis ⁊ quartā de reliquis

Canonicus doꝫ facere q̄ ad ca
nonie officiū spe/
ctāt. Et si puer est p aliū. vt de eta. ⁊ q̄li. c. ij.
ff. de decurio. l. spurij. §. minoꝛes

¶ Utrꝝ possit esse laic' ? R. ſm Ulin. q̄ nō. pōt
mi laicꝰ ex iusta cā hīe pbēdā. extra de ꝓsti. c.
cū. Jo. ferrariēsis. ⁊ ibi Pa. B tenet

¶ In quo sunt interrogandi. vide infra In
terrogationes

Canonizatio sanctoꝝ ſm
Inno. i. c. au/
diuimus. de reli. ⁊ ve. san. est canonice et re/
gulariter statuere q̄ aliqs honoꝛetur p sctō.
puta q̄ fiat officiū p eo solēne sic p aliꝭs san
ctis q̄ sunt eiusdē ꝓditiōis. vt si ꝓfessoꝛ fiat
officiū ꝓfessoꝝ. si martyꝛ martyꝝ

¶ Que requiruntur in canonizatione ? Rñ.
Inno. vbi. s. q̄ regulariter pbationes de fi/
de ⁊ excellentia vite ⁊ miraculis eius. extra ō
testi. venerabilis

¶ Utrū oꝛo sit fundēda ad nō sctm ? R. In/
no. vbi. s. q̄ sic ad aliquē viꝝ qui creditur bo
nus. vt p se intercedat ad deum. qz deus fidē
illoꝝ attendens. etiam si ille nō esset bonus
pces eoꝝ acceptaret. arg. xxxij. di. §. verum.
xv. q. vlti. c. fi. Nō tamē licet de eo facere offi
ciū solenne vel pces solennes

¶ Utrū alius q̄ꝫ papa possit canonizare ? R.
Inno. ibidem q̄ non

Cantus in eccl'ia inuētus est ad p
uocandā ꝓpunctiōem in
animos auditoꝝ. xxi. di. clerus. añ fi. ō ꝓse.
di. v. nō mediocriter

¶ Utrū cantus theatrales sint cantādi in ec
elesia ? R. q̄ nō. nec in modū tragediarū. sed
cantandū est cū coꝛdis deuotione. xcij. dist.
cantantes. ⁊. d. c. nō mediocriter. ⁊. xxxvij.
dist. sedulo. xxij. q. i. quia

Capitulū pōt sede vacāte absol/
uere ab excōicatōe taꝫ
iuris q̄ꝫ hois a qua eps absoluere potuisset:
nisi a sede aplica spāliter sit ei interdictū. c.
vnico. de ma. ⁊ obe. li. vi.

1 ¶ Utz possit dispẽsare i casibꝫ i qbꝫ pmittit epo dispẽsatiõ. R. Fede. ꝯsi. xxix. q sic. t no. Pa. in. c. cũ olim. de ma. t obe.

2 ¶ Utz possit dare ꝯfessorẽ seu absoluere i casibꝫ epo refuatis. R. Pa. vbi. s. q sic.

3 ¶ Utz ptãs capitli ꝯsistat i maiori pte. R. monal. eo. ti. q i maiori t saniori. ita q totuz capl'm dr facere qđ maior t saniorꝑs facit. c. cũ i cũctis. ꝺ his q fi. a ma. p. ca. Fallit hꝫ i tribꝫ casibꝫ. Primꝰ qñ aliqđ est plurꝫ cõe. nõ vt collegiatis sz vt singul'. qz tũc nõ valz qđ fit a maiori pte. sz oportet ꝯsentiãt singuli. ff. de ser. ru. p. l. p fundũ. de ꝯst. c. cũ oẽs. Secũdus qñ maior ꝑs capl'i delict. t ꝓpterea ẽ ꝓuata ptãte sua. vt i. c. bone memorie. el. i. et c. cũ nobis. de elec. cũ si. t. c. gratũ. de postu. p. qz tũc tota ptãs capl'i residet i minori pte q nõ delict. no. Pa. in. c. i. de his q fi. a ma. p. ca. Tercius electõe romani põtificis. vbi oportet q due ptes ꝯsentiãt. c. licet. de elec.

4 ¶ Sz q dr maior ꝑs capl'i et saniorꝛ. R. mo. q illa q nititꝛ maiori rõni t pietati. ix. di. la/ne q̃ppe. psumit tñ sp ꝑ maiori pte t illi stat. nisi ꝯtrariũ plene. lxi. di. nullꝰ. t. d. c. i. ꝺ elec. du dũ. Multa tãgũt dc. de ptãte capl'i in. d. c. cũ olim. q nõ ptinẽt ꝯfessoribꝫ. vide ibi

Caracter q̃d ẽ. R. s. Bo. in. iiij. di. vi. q. i. ꝓ me ptꝫ fm cõem opi. ẽ quedã spũalis q̃litas aie. Unde nõ est passio vel potẽtia aie. immo ẽ habitꝰ i ꝑma specie q̃litatis. accipiẽdo cõiter habitũ put ꝯphẽdit oẽm q̃litatẽ animã disponentẽ. siue facile mobilẽ. siue pfectã siue impfectã. Uñ dr habitus q ẽ ppetuus. t qz nõ pficit. sz ad vtiliorẽ pfectionẽ disponit. i. ad gtiã põt dici dispositio.

1 ¶ Ad qđ dat. R. s. Bo. vbi. s. q. ij. q ad qt tuor. Primo ad significãdũ. Scõdo ad disponẽdũ. Tercio ad assimilãdũ. Quarto ad distinguẽdũ. Nã cũ sit signũ sacrale sigt grãm gtũ facientẽ. nec solũ sigt. sz disponit ad eã. qz vsus sacrorꝛ nõ ẽ tm i significãdo. sz etiã i disponẽdo. Et qz disponit ad grãm hz aliquã similitudinẽ cũ gra q ẽ similitudo rei. Jõ aliquo mõ ꝯsignat deo. t qz oẽs ꝯfigurat deo. t sic vni assimilat gregẽ dñi inter se. et sic distinguit ab his q nõ sunt de grege dñi. vel etiaz qz distinctionẽ facit in eo de grege fm aliã et aliã rõem assimilãdi.

2 ¶ Utz imprimat i oibꝫ sacris. R. s. Bo. vbi s. q. iiij. q nõ. nisi em i tribꝫ sacris. Primo i baptismo i q fides gignit. t distinguit ppls infideles a fideli. Scõdo i confirmatõe i q fides roborat. t hõ vt pugil ad pugnãdũ vngit. t ab infirmis discernit. Tercio i ordine in q̃ tus multimoda dat. t hõ vt sanctꝰ ad ministeriũ templi a laico sepatur.

¶ Utz sit indelebilis. R. s. Bo. vbi. s. q. v. q sic. Rõ est ex pte cause volũtarie. s. rei imprimẽtis. t ex pte ꝺ subiecti nõ ẽ principal'r i affectiua q̃ maxime vertibilis ẽ. sz in tota imagine t principaliter i cognitiua. qz ima go principaliter ꝯsistit in cognitiua. vt dr i li. de ꝑsõa tũ ex pte finis. qz nõ dat ad actũ alicuꝰ gratis vel scietie. sz ad actũ distinguẽdi.

Carcer vtz q̃s possit se includi fa/cere i arto carcere ad pnias pagẽdas. R. Pa. in. c. veniẽs. de regula. q sic. ex illo. c. t. c. qui vere. xvi. q. i.

¶ Utz liceat incarcerare aliquẽ. R. q sic fm ordinẽ iusticie. s. aut in pena. aut in cautela. Et ꝺ ptinet ad eũ qui vniuersaliter habet de actibꝫ t eius vita disponere. alius nõ põr nisi ad horã ne aliqđ pctm faciat. vel vt iudici repsentet fm Jho. ij. ij. q. lxv.

¶ Utz cedẽs bonis possit incarcerari q̃ debitor. R. q nõ. Nã vt tenet Pa. i. c. latorꝺ pig. nõ põt q̃s etiã p pactũ se obligare carceri q debito renũciãdo bñficio cessiõis bonoꝝ. qz ẽ ꝺ bonos mores. Idẽ tenet Dy. p. ff. elegan ter. i. l. aliã cã. ff. so. ma. t Ruza. allat glo. in auc. imo. C. ꝺ ac. t ob. Et putat vez Bar. in d. ff. elegãter nisi i duobꝫ casibꝫ. Primꝰ si ali enauit ꝺia sua bona i fraudẽ creditoꝝ. casus ẽ i. l. fi. in fi. ff. q in frau. cre. qđ tenet Dy. i. ff. si quis in fraudẽ. in fi. ꝺ ac. Secũs si debitor tpe q̃ cessit se nõ solucdo eẽ. vt. ff. ꝺ in. do. l. pe. Nã in istis duobꝫ casibꝫ nõ dabit sibi bñficiũ cessionis bonoꝝ. Et placet mihi ista opi. qz eq t seqnda in ꝯscietia. sz aliꝫ ꝯsulendũ q. s. possit incarcerari simpl'r. Idde etiã q̃ teneri facere aliquẽ in carcere ꝑ debito aliqm ẽ ꝺ ꝑceptũ charitatis ꝓximi. vt puta qñ inulla culpa ẽ de damno ꝓximi. t nõ habeat vñ satisfaciat ipe. nec sperat q aliqs ꝑ eo sit satisfacturus. secus si fuit in culpa. qz tunc ad pnã posset detineri. qđ bene nota.

¶ Utz incarcerãs aliquẽ iniuste teneat. R. q sive sit iudex sive nõ teneꝛ ꝺ oi dãno ei dato ad restitutiõz. t etiã ꝺ iniuria sibi satisfacere. ar. c pnale. cũ ibi nõtis. xvij. q. v. Et q̃ri qz ꝑuat aliquẽ incarcerauerit. etiã ꝑ mãsfesto crimine. capite punit ꝺ iure ciuili. vt. C. ꝺ coarta. l. oẽs. li. xij. Cõmittit em crimen lese maiestatꝫ. t vltimo supplicio punit q̃libꝫ hꝫ carcerẽ ad detinẽdũ aliquẽ. vt. C. ꝺ ꝑua. car.

l. vnica Vel̄ intelligit glo. ſ. publice accuſatū
4 Sec⁹ ſi ad detinēdū pp̄os ſuos ne fugiāt.
¶ Utr̄ ille q̄ iurauit redire ad carcerē teneat
R. Pa. i. c. ſi ꝙ. d. iureiur. ꝙ ſic. etiā ſi ſit ſibi
piculū mortis: dūmō carcer nō ſit iuriosus
3 am. d. ꝛe iud. ꝙ nō tenet tūc redire.
¶ Utr̄ ꝯctus geſti p incarceratū valeāt. R.
Pa. i. c. accedēs. d. pcu. ꝙ detēt⁹ i carcere pu/
blico t iuſte. ſi eſt damnat⁹ pena capitali nō
valēt. q̄ effect⁹ ē ſeru⁹ pene. t bona ſua veni/
unt ad ſuccedētes ab inteſtato: niſi i crimine
leſe maieſtatis. vt i aut. bona dānatoꝝ. C. d
bo. dā. Uñ etiā nō ꝑt diſponere ad pias cās
fm Jo. an. i. c. ij. d. vſuf. li. vi. Si nō ē ſic dā
nat⁹ valēt. vt no. i. l. q̄ i carcerē. ff. q̄d me. cā.
etiā cū eo q̄ eū fecit detinere. vt dic̄ Bar. ibid.
Aut detineā i carcere iniurioſo. et ſic cū illo q̄
eū tenet nō valēt. ſz debēt reſcindi actōne qd
me. cā. d. l. q̄ in carcerē. Cū alio aūt valēt. ni
ſi ad ꝙ detineatur iuſta no. i. c. dñs. de ſecū.
nup. De capto ab hoſtibꝫ i bello nihil dico.
q̄ hodie vt dixi. ſ. Bellū. nō efficit ſeru⁹. de
ꝯſuetudine. t iō valēt ꝯtr⁹ p eoꝝ facti. ſz ſec⁹
ſit d iure. vt i l. ei⁹ q̄. in pn. ff. d teſta. t i. l. di
uus. ff. d iur. fi. Et nō fm eūdē Pa. vbi. ſ. q̄
nō d⁹ liberat⁹ a carcere q̄ cuſtodit. Et iō opoꝛ
tet ſit i loco tuto. vt no. Bar. i. d. l. q̄ in carce
6 cere. t cuſtodit ibi p familiā
¶ Nō q̄ iudex dꝝ viſitare carceratos t facere
q̄ habeāt neceſſa. vt. C. d epi. au. l. iij. t pt libe
rare eū quē videt ad nulli⁹ inſtātiā. vl̄ ſine de
no. bar. i. l. ſi q̄s vxoꝛi. §. ſi fugitiuū. ff. d fur.

Charitas ē fm Aug. rectiſſima
animi affectio q̄ dili/
1 git deus ꝓpter ſe. et ꝓximus ꝓpter deum. Et
idē in. iij. ſen. di. xxvij.
¶ Utr̄ teneamur ex charitate diligere deum
ex toto corde. tota aīa t tota mente. ſic dicit
Mat. xxij°. R. Bo. in. iij. di. xxvij. q. vl. q̄ nō
p excluſionē affectus extranei. ſ. q̄ nihil ſit i
amore nr̄o niſi deus. nec i cogitatione. nec in
mēte. q̄ i poſſibile ē ſic implere i hac vita. ſz
p excluſiōz affect⁹ ꝯtr̄ij ſic tenemur. h̄ eſt q̄ ni
2 hil diligam⁹ ſup deū vel eq̄liter ipſi deo.
¶ Qui ſunt diligēdi ex charitate. R. fm ſcm
Bo. in. iij. di. xxvij. ar. i. q. i. t. ij. q̄ ſummuz
bonū vl̄ cui ſummū bonū ē natū vniri vl̄ vni
tur p cognitōez t amorē. Hoc aūt bonū vni
tur vel ꝓticipat ab aliq̄bꝫ i actu: vt i beatis.
A q̄bus dā i habitu. vt i iuſtis viatoribus.
A q̄bus dā i potētia ſolū. vt in mal' viatoribꝫ
In q̄bus dā nullo mō reducibile eſt ad actū.
vt i damnatis t creaturis irrōnalibus. Pri
mi ſūt maxime ex charitate diligēdi. Sēdi
min⁹ q̄z p̄mi. Tercij min⁹ q̄z ſēdi. Quarti nul
lo mō ſūt diligēdi ex charitate. q̄uis amoꝛe
quē indudit vl̄ impat charitas in q̄tum dei
creature pñt diligi. ñ ita q̄ charitas ferat di
recte ad ipos. ſz ad deū cui⁹ ſunt creature.
¶ Utrū ſit aliq̄s ordo charitatis dē p̄cepto: 3
R. s. Bo. vbi. s. q. vlti. q̄ ſic. fm Aug. d doc.
xp̄iana. Et p̄mo ſup oīa diligēdus eſt deus.
Secūdo quod nos ſum⁹. Tercio q̄d iuxta
nos eſt. ſ. p̄ximus. Quarto q̄d infra nos ē. ſ.
coꝛpus ꝓpriū t coꝛpus p̄rimi. de pe. diſ. ij. §.
item hec eſt charitas.
¶ Utr̄ p̄fatus ordo attēdat penes affectū et 4
effectū: R. s. Bo. vbi. s. d. xxix. q. vi. q̄ attē
ditur penes vtrūq̄z. Sz ſciendū q̄ affect⁹ ac
cipit aliq̄n p motu. Et ſic ē q̄dā rōnalis eli/
gētia. Aſt aūt iſte affectus aliq̄n a charitate
elicitus. ſ. quo q̄s optat alteri ſummū bonū.
t q̄tū ad iſtū affectū debet eſſe ordo. q̄z magꝭ
mihi q̄z p̄ri. t magis patri q̄z alij debeo opta
re vitā eternā. Aliq̄n affectus eſt a charitate
impatus. vt ē ille q̄ q̄s optat alteri aliq̄d bo/
nū ꝑtale qđ eſt ordinatū ad ꝓſeruatōem na
ture. t ſic fm diuerſas ꝯditōes ordo pōt p̄di
ctus poſterari Affect⁹ aūt q̄n accipit nō p̄o
motu ſz p paſſiōe. idē ē qđ q̄dā mulcedr̄ cō/
placētia. t iſto mō minime reſpicit a charita
tis ordine. q̄z potius reſpicit ſenſualē expiē/
tiā q̄z rōnis eligētiā. ſic patet q̄ plus dēle. ta
tur q̄s cū videt amicū q̄z de p̄re abſolute. q̄/
uis plus diligat p̄rez. cui⁹ ſignū ē. q̄z pl⁹ face
ret p p̄re. Affectus aūt ē triplex. Primus re
ſpicit ſalutē aīe. t hūc reſpicit ordo charita/
tis p̄ncipal'r. q̄z p̄mo debeo pcurare ſalutem
meā q̄z p̄rimi. t p̄us p̄ris q̄z extranei. Sēdus
reſpicit ſuſtētationē vite. t tūc reſpicit min⁹
p̄ncipal'r. q̄z ſm diuſas ꝯditōes t optunita
tes dꝝ hō magis t minus eē bñficus i colla
tōe alicui⁹ tpal'. Tercius ē i collatiōe bñficij
eccl'iaſtici. t tūc mime reſpicit. q̄z in taliū col
latōe dignitas meriti ſolū ē attendēda. t pa/
rū vel nihil ꝓpinquitas ſanguinis.
¶ Utr̄ hō teneat ex charitate ſubire mortē p 5
xp̄o: R. fm Bo. vbi. s. q. ij. Aut adeſt neceſſi
tas vel deſerēdi iuſticiā. vel amittendi vitā.
t ſic quilibꝫ tenet magis mori dilecto deo q̄z
eo offenſo viuere. Et h̄ dico ſi dat optio vel
q̄ iuſticia deſeratur vl̄ q̄ vita p dat. Addo q̄ cū
q̄s videt q̄ p mortē ſuā pōt fides ſeruari vel
iuſticia. t p̄ſecutio nō ē p̄ſonal' ſz vniuerſalis

tūc teneꝛ ꝛ̄ p̄cepto sustinere mortē. Uñ p̄la/
tus teneꝛ se morti exponere qñ videt ꝙ ex fu
ga sua seq̄ꝛ dispēdiū i fide vl' inūsticia i ec
cl'ia. ⁊ sil'r q̄libet. sic̄ fecit Tho. cātuariensis.
Aut adest solū opt̄unitas manifestādi diui
nā gl'iaz ⁊ edificādi eccl'iaz. ⁊ isto mō ē supe/
rogatōis nō necessitatis. ad quā p̄fectōem nō
oēs teneñ. Si aūt hō daret se morti p xpō:
eo ꝙ vitā suā hz exosā mortalissime p̄ccaret
6 ¶ Utr̄ hō exp̄s i charitate teneat ad p̄fectio
nē. ꝛ̄. fz. s. Bo. vbi. s. q. iij. ꝙ. v. modis obli
gat̄ q̄s ad aliq̄d. Prio ꝓpter diuinū māda/
tū. ⁊ sic nō magz obligat̄ q̄z alij nisi ex eō. q̄a
maiorē grāz hz. Secdo obligat̄ ꝓpter votuz
emissū. ⁊ sic solū q̄ fecit teneꝛ. nō q̄ ñ feꝛ. Ter
cio ꝓpter susceptū officiū. ⁊ sic q̄libet teneꝛ ad
illā p̄fectōez q̄ req̄rit̄ necio ad illud officiū. si
cut i p̄lato regimē sb ditor. Quarto ꝓptervi
tādū scādalū. vñ tūc teneꝛ ad opa exēplorū
qñ aliter scādalū seq̄ꝛ. Quinto ꝓpter ꝓscien
tie iudiciū qđ dictat de necessitate fiendū.
7 ¶ Utr̄ charitas semel habita possit amitti i
viā. ꝛ̄. fm cōit̄ do. c. i. iij. di. xxvij. ꝙ sic. ⁊ alit̄
tenere eēt erroneū. qz charitas nō tollit̄ ꝓti/
bilitatē. ar. i. Cor. x. tu q̄ stas vide ne cadas
8 ¶ Quō amittit̄. ꝛ̄. p p̄ctz mortale solū p qđ
volūtas aūt̄ a deo. Uñ aug. sup gen. li. viij
dicit ꝙ hō deo p̄nte sibi illuminat̄ p charita
tē. absente ꝯo ꝓtinue tenebraꝛ. a q̄ nō locoꝛ
interuall' sz volūtatis auersione discediturꝛ
9 ¶ Quomō recuperatur. ꝛ̄. ꝙ p penitentiaz q̄
tollit auersionē illā Uñ Aug. li. v. cōfes. Pe
nitentia est quedā res optima ⁊ p̄fecta oms
defectus reuocans ad p̄fectum.
10 ¶ Utr̄ q̄s possit scire certitudinal'r i hac vi/
ta se hz̄e charitatē. ꝛ̄. ꝙ nō. Eccl. ix. Nemo
scit vtr̄ odio vl' amore sit dign⁹. Et rōna ē
ꝓpter charitatis ifuse ⁊ dilectōis acq̄site sil'i
tudinē. vt dic̄ Ber. d amore. Alia ꝓp̄t diui
nā dispēsatōz p quā deꝰ claudit oculos seruo
rū suoꝝ ne extollāt. Aliq̄ tn dicūt ꝙ hz̄ ē verū
loq̄ndo de charitate finali p omni tpe absō
lute. sed accipiēdo p charitate aliquo modo
tūc pōt hō scire certitudine fidei se charitatē
hz̄e. puta cū adult⁹ bñ dispōsit⁹ baptizaꝛ. vl'
q̄s suscipit sacr̄m penitētie sine obice p̄ccati
mortalis in volūtate inherentis.
11 ¶ Utrū opa bona facta extra charitatē vale
ant. ꝛ̄. ꝙ nō quo ad p̄miū vite eterne. vel q̄
ad diminutionē pene debite p̄ctis directe. sz
bñ valent indirecte. De quo dicā. j. Penitē
tia. ꝯ. xiij. ⁊ Satisfactio. ꝯ. vi.
12 ¶ Utr̄ bona facta i charitate ⁊ p p̄ctm mor/
tale mortificata reuiuiscāt p veraꝫ pniaz. ꝛ̄.
ꝙ sic. fm cōiter theo. in. iiij. di. xxij.

Castitas etiā iuenit̄ i mr̄imonio
li ꝓiugio. tex. notabilis
ē. i. c. nicena. ⁊ c. al'r. xxxi. di. ⁊ ar. i. c. vt cleo
rū. d vi. ⁊ ho. cle. ⁊ glo. i. c. qđ añ. d cle. ꝓiu.
¶ Utr̄ mulier q̄ mortuo viro cū alio ꝓhibit a/
mittat legatū sibi factū sb ista ꝯditōne si ca/
ste vixerit. ꝛ̄. Bar. in. l. mulier. ff. cū ꝓpone/
reꝛ. ff. ad treb. ꝙ nō. nisi aliud senserit testa/
tor vl' habeat vsus loq̄ndi. qz ꝓba dubia de/
bēt in ꝯctu intelligi fm cōem opi. facꝫ qđ no.
idē Bar. in. l. labeo. ff. de sup. leg. ⁊ i. l. oēs po
puli. ff. de iu. ⁊ iu. ⁊ Inno. i. c. olim. de ꝛ̄. sig. ⁊
glo. in. c. nonnulli. de rescrip. qz cōis vsus lo/
quēdi p̄ferꝛ ꝓprie significatōi verboꝝ i qua/
cūq; materia. Idē Bar. in. l. v. q̄ incipit ge
neraliter. C. de secū. nup. ꝙ lucreꝛ teneꝛ. et fa
cit ille tex. cū aut̄. sua. Idez teneꝛ Pa. in. d.
c. vt clericoꝝ. et addit ꝙ caute addat si casse
vixerit ⁊ in viduitate. Uide p hoc qđ legit i
l. vnica. C. si sēdo nup. Limitat Ange. in au
ten. quō oporꝛ epi. ꝯ. hec de deo. verū si nubat
tm̄ semel p tex. in. l. bones. ꝯ. hoc sermone. ff.
de ver. sig. p quē tex. dicit ꝙ si quis reliq̄t sua
bona p maritandis mulieribꝫ indistincte. q̄
intelligetur solū de mulieribꝫ p̄ma vice nup
tum habentibus. nō de viduis.

Castratus vtr̄ possit ordinari vi
de. ꝯ. de corp. vicios. ꝯ. i.

Casus ep̄is reseruati q̄ sūt. ꝛ̄. ꝙ d ca
sibꝫ a iure reseruat̄ modica ē
ꝓtroūsia inter doc. Cōiter em̄ doc. se remittit
ad glo. i. c. si ep̄s. de pe. ⁊ re. lib. vi. q̄ ponit ses
casus. Prim⁹ ē d excōicatōe maiori. Et hꝫ in
tellige d illa quā ꝯditor canōis sibi vl' alteri
reseruauit. qz allegat. c. unp. d sen. ex. Et ideo
dic vt. s. Absolutō. i. ꝯ. ij. Secds d blasphe
mātē publice deū vel sctōs. Doc vez sil'r qui
denūciat̄ epō ꝛ pt ꝓuinci. qz allegat. c. ij. d ma
le. qđ q̄dē loq̄tur d foro ꝓtētioso. vt pz in me
ti. ḡ videt ꝙ si nō denūciat̄ epo. nec ꝯ eū ali/
q̄s p̄cedit. ꝙ i foro aie possit a ꝓpio sacerdo
te absolui. cū pena nō debeat excedere casum
sui. vt. s. dixi blasphemia. ꝯ. iij. Tercꝰ de
sortilegijs. all'at. c. ij. d sorti. sz nihil facit. qz
si faceret potiꝰ esset casus reseruatꝰ p̄tiarche q̄s
epo. qz p̄tiarche ꝓmittit illiꝰ sacerdoꝫ absō/
lutō ⁊ dispēsatō. ⁊ iō nō vr̄ reseruatꝰ. Quartꝰ
ꝓmutatō votoꝝ seu dispēsatō. ⁊ hꝫ verū ē qđ
ptinet fm cōiorem opi. ad epos. c. i. de voto.
Quintꝰ ē restō icertoꝝ. all'at. c. cū sit. d iude/
is. sz nō facꝫ. vt. j. Restō. ij. ꝯ. xiij. nisi i manu

fest' vsurariis. vt dicet. j. vsura. ij. §. viij. Se
xt' e ꝯ cet' mrimonij ꝯ interdictū eccl'ie. all'at
c. pe. z vlt. de ma. ꝯ. ꝯ inter. ec. Et est verꝝ qñ
eps ꝓcipet alicui ne ꝯtineret. ppt aliquā rōna
bile cāz z tal' ꝯtēneret. qz tūc ad epm eēt mit
ted' ppter honorē. ar. c. graue. ō plē. Septi
m' clādestinū mrimoniū ꝯctū. ō clā. despō. c.
cū inhibitō. sz nihil dicit de h'. c. illud. No.
tñ ti. ō pnia. ponit ꝑ mū scōm z ārtū. et post
ponit ꝑ ārto. fm eū ō solēni pnia. al'at. l. di.
c. miror. z. c. i capite. Sz h' tm ꝑ notorio ipo
ni dz. vt pz. xxvi. q. vi. c. vl. i tex. z i glo. Ubi
ḡ tal' pnia a platis cōter nō ponit ꝑ talibz.
nō video ḋn inferior possit absoluere Quit'
fm No. ē dispēsatio irregularitatis i clerico
At ꝓcedēdū ē. Sext' ō incēdiarys añ denū
ciatōz. Et satis facit ad h'. c. pessimā. xxij. q.
viij. i fin. si ds aūt archieps vl' eps. Et itel
lige ō incēdiarys q dolo h' fecerint vel fieri fe
cerint auxilio vl' ꝯsilio: aut mādato. vt ibi
Septim' si audiuit eps ꝓfessiōz alicui' z eū
noluit absoluere ab aliq pcto. qz tūc inferior
nō dz se intromittere. xxi. di. inferior. No. i
sum. ti. de pnia. ponit solū ḋttuor de prefatis
Dif. iuris li. i. ti. xv. ponit. viij. de pdictis. Bñ
dict'. ti. i extrauagāti reuocata ꝑ Bonifaci
um i cle. dudū. de sepul. ponit ḋttuor de pdi
ctis. Et sic pz qd tenēdū ō casibz ō iure reser
uatis. qz i ꝑtate nō sunt nisi. v. vt ptz. sz de
casibz ꝑ ꝯsuetudinē reſuatis ē magna diuersi
tas inter doc. qbusdā ponētibz plures. qbus
dā pauciores. Glo. i. d. c. si epūs. sic dicē. So
let epūs reſuari pnia oīm publicoꝝ enormiū
criminū. oppressiones filioꝝ ex ꝓposito vl' casu.
cuiuslibet homicidij. falsi testimonij vl' instri
menti. Incest'. corruptōes monialiū. coeun
tes cū bꝰtis z his silia. Sz certe nō ꝑt da
ri certa determinatio. qz vna qqz dioc'is hz
ꝯsuetudinē suā. nec ē vna ꝯsuetudo genera
lis i oibz dioc'ibz q ad h'. imo aliqñ epūs vno
anno reſuat sibi pl'. aliqñ min'. sic eis vī.
Uñ tenet fm Spe. i reptorio i regula. sup q/
bus sit penites ad epm remittēd'. q ꝓpter sa
cerdos ꝑt absoluere ab oibz q spāliter a iure
nō sunt reſuata epūs vl' alijs. vl' q nō sunt
ipsis sacerdotibz directe vl' ꝑ aliquā ꝯnitaz
interdicta. ar. c. at si d'ici. ō iudi. z. c. nup. i fi.
de sen. ex. z i. c. inter corpalia. ō trāsla. pla. qz
tal' h3 ordinariā iurisditōz sup ppl'm sibi cō
missū a iure. ō pe. di. v. c. placuit. ō pe. z re. c.
ois. Sz adūte fm eūdē Spe. q eps directe
vel aliq ꝯsequtia seu ꝯsuetudine ꝑt interdi
cere dictis sacerdotibz aliqs casus ne absol
uāt. Primo si tal' sacerdos ꝯmisit crimen ꝑ
pter qd mere' tali ptāte ꝑuari. Secdo qñ ad
vtilitatē cōitatis expedit. al's nec ꝑt obliga
re sacerdotes parochiales ḋn absoluāt. facit
c. ō eccl'iasticis ꝑuilegijs. xxv. q. ij. z. c. ꝑuile
gia. el. i. z el. ij. ibidē. Nō etiā q q̄uis tal' sa
cerdos hēat auctē absoluēdi ab aliq casu. q
nō dz absoluere si videt expedire saluti anie
ꝯfitentis. sz remittere ad sup'iorē. qz vt dicit
apl's. ij. Cor. xij. Ptātē dedit d' i edificati
onē nō i destructōz. Sil'r lz eps sibi ꝑ cōvti
litate reseruasset aliquē casū. et sacerdos vi
deret i aliq singulari nō expedire saluti ei'. i
mo obesse si remitteret. q ꝑt absoluere. iuxta
nō. ꝑ ꝑa. i. c. qō dilectō. ō ꝯsag. z affi. z i. c.
at si d'ici. ō iudi. Et sic collige q sacerdos pa
rochial' ō iure ꝑt absoluere ab oīi excōicatō
ne. fm q dixi. s. Absolutō. i. z ab oibz pētis
excepto crimine incēdiarioꝝ z ꝯtis ꝯ iter
dictū eccl'ie mrimoniū. z ab eo a q eps nolu
it eū absoluere postq audiuit eū i ꝓfessiōe. z
qñ publica pnia ē imponēda. nisi eps ꝑpter
ei' delictū vel ppter vtilitatē aiaꝝ ei interdi
xerit aliqꝝ alioꝝ absolutōz pctōꝝ Dispēsare
aūt vel in irregularitate. aut votis. vel alijs
q̄buscunq nō pōt. nisi spāliter ei ꝓcedat'. Te
net etiā Hen. in p̄mo quol'. q. xxv. q plati ñ
pñt sibi reſuare nouos casus vltra illos q de
iure eis reſuant'. nisi ex cā legitima. Et h' ve
rum quo ad sacerdotes q habēt curā aiaruz.
Quo ꝯo ad alios bñ pñt tot quot volūt. ex
cepto quo ad minores z pdicatores. De q̄bz
dic vt. j. Confessio. iij. §. xxviij

Casus fortuit' ē repēte rei enētus q̄
ꝓuideri nec resisti pōt. vt colli
git' in. l. in rebz ꝯmodatis. in p̄n. ff. ꝯmo. vt
moꝝ ſuoꝝ sine culpa. hostiū incursus pira
tarūue. naufragiū. incendiū. fuga ſuoꝝ qui
custodiri nō solēt. vt ibi ponit'. Ubi nota q
vbi diligētissimus ꝓuidisset nō ē casus for
tuit'. veluti si domū quā ruiturā diligētissi
mus ꝓuidisset. nō ꝓuidisti. z ꝑterea equū
in ea dimisisti qui perijt ex ruina. Secus si
ex terremotu: aut sbito impetu ventoꝝ

¶ Utrꝝ furtū sit casus fortuitus? ℟. ꝑa. i. c. 1
vnico. de ꝯmo. q glo. iuris ciuil' videt' ꝯtie.
sz ipe dicit q si p violentiā sb trahit' ē fortui
tus. nisi fueris i culpa trāseūdo p loca picu
losa. ar. l. nō est verisil'e. in pn. ff. qō me. cā.
Si aūt clādestine. et tunc si ab ea psona a q
diligētissimus ꝓcauisset. puta a vili famulo
nō est casus fortuitus. al's sic. facit qō nō. in
l. q̄ fortuitis. C. de pig. ac.

¶ Utrꝝ ds teneat' ō casu fortuito? ℟. tex. i. d. 2

c. vnico. ꝙ sic. i tribꝫ casibꝫ. Prim⁹ qñ culpa p̄cessit. puta ꝙmodauit tibi equū vt ires mediolanū. t uisti placētiā. t incidisti in latrones. imputabit tibi. vt hic. t i. l. si vt certo. § ſz interduz. ff. ꝙmo. Hoc̄do qñ p̄cessit mora. puta nō reddidisti qñ ꝛbuisti. t fortuito p̄didisti. tibi imputabit. vt in. d. c. vnico. t in c. bona fides ꝛpositi. Hoc vez i ꝓsecūtia nisi eodē mō fuisset pitura apud dñm. qz tunc nō teneat nisi ꝺ eo in q̄ eū dānificauit ꝙ nō facta restitutō ſz rei tpe ꝛbito. ar. c. fi. ꝺ iniurijs Sz qñ dubiū ē an fuisset pitura. vide. j. mora. §. vl. Tercio qñ pactū interceſſit vt tenere ꝛ fortuito. vt in. d. c. vnico. t bona fides. Limita nisi aduenīat culpa ei⁹ cui ꝓmisit. qz sic nō teneret. l. cū ꝓponas. C. ꝛ nau. fe. et. l. qui officij. §. fi. ff. ꝛ trahē. emp.

3 ¶Sz q̄d si generaliꝛ renūciauit. t nullus casus fuit exp̄ssus. puta dicēdo ꝙ volebat tenere ꝛ oñi casu fortuito. an teneat? R. ꝙ ſz varia sit opi. vt refert Bal. i. l. i. C. ꝓmo. ego dico tñ ꝑm Jo. an. i. d. c. vnico. ꝙ nō teneat. facit l. ſz t si. in. §. q̄sitū. ff. si q̄s cau. Nō vez ē infallāter i ꝓcia. nisi i casibꝫ in q̄bꝫ ſpāliter fuisset renūciatur⁹ si fuissent exp̄ssi. arg. c. fi. ꝛ off. vi. li. vi. Et no. Accur. i. d. §. q̄sitū. t bñ. qz ꝺ eū q̄ legē dicere potuit aptius ē interp̄tatio faciēda. ꝺ reg. iu. li. vi. t in. l. q̄cq̄d. ff. ꝺ ver. ob ꝺz. Quicq̄d astringēde obligatiōis cā dictū ē. id nisi palam verbis exp̄rimatur omissum intelligendū est

4 ¶Sz q̄d si aliq̄ casus fuerūt enūerati ſpāl'r. t postea secuta fuit renūciatō general': R. ſz Bar. i. d. §. q̄sitū. ꝙ p illā generalē renūciationē nō venīt casus maiores exp̄ssis. ſz solū ꝓsimiles exp̄ssis. Nō q̄dē vez ē general'r i oībꝫ odiosis sicē h̄. Sec⁹ eēt i fauorabilibꝫ. vt no. i cle. nō p̄t. ꝺ pcu. t Inno. i. c. sedes. ꝺ resc̄p.

5 ¶Sz q̄d si renūciatōi generali ſteruenit iuramētū: R. Jo. an. vbi. s. ꝙ nō obligat. Rō ꝑm ipm ē. qz iuramētū nō obligat vltra ꝓsensū iurātis. facit. c. venēs. el. i. t qō ibi no. Jnno. ꝺ iureiur. Et ſz credo vez i casibꝫ p q̄bus ſpāliter non iurasset. Sec⁹ in q̄bꝫ ſpāliter si fuissent exp̄ssi ꝓsensisset. p q̄bus facit. c. tuanos. cū ibi no. ꝛ spon. Lō cor. Bal. vbi. s Rō. qz iuramētū hz vim casus exp̄ssi. l. cum p̄. §. si q̄s matrē. ff. ꝛ legatis. ij.

6 ¶Utz extimatio faciat venire casū fortuitū: R. ꝑm Jo. an. in. d. c. vnico. t Bar. i. l. si vt certo. §. nūc videdū. ff. ꝓmo. t. l. i. c. ti. qñ ſsum⁹ in ꝯctu. cui⁹ nature nō repugnat ꝙ ꝺminū trāsferat. tūc extimatio facit emptionē. vt. l. plerūq̄z. t. l. quotiens. ff. ꝺ iu. ꝺ. Et sic extimatio facit piculū esse t ꝓmodū recipiētis. l. necessario. in p̄n. ff. ꝛ peri. t ꝓmo. reven. t. d. l. quotiēs. t plerūq̄z etiā exteriora tōis. vt. l. si extimatis. cū. l. se. ff. ſol' ma. Et emplū. cū mulier ꝛdit viro rē extimatā. vt i d. l. plerūq̄z. Vel cū q̄s extimatā rem tradit. ita ꝙ extimatio reddat nō res. vt i. d. §. nūc videndū. Si aūt sumus in ꝯctu. ꝛ cui⁹ natura ē vt solū ꝑ pte ꝺminū trāsferat. et ꝙ pte nō. sicut ē in societate. sic piculū ptis solum. si extimatio fit transit in accipientē. vt. l. cuz duobus. §. damna. ff. p socio. Si aūt sum⁹ in ꝯctu. cui⁹ nature repugnat ꝺminū trāsla tio. vt in locato t hmōi. sic extimatio nō facit emptionē. nec trāsire periculuz casus magis q̄z teneat ex natura ꝓtractus. Nec ob. ꝙ Bar. vbi. s. vult vt aliq̄d operetur. Et sic sic tenebatur ꝛ lata solū teneatur ꝛ leui. si ꝛ leui tūc ꝛ leuissima. Si ꝛ leuissima tūc ꝛ casu. qz hoc nō teneo. Sicut nec Pa. in. d. c. vnico. Sed dico ꝙ operatur extimatio. tūc solū vt sciat p̄ciū si exteriorareť vel p̄dereť ex vicio recipiētis. t sic releuaťdñs ab onere. p̄bādi vez p̄ciū rei. Si autē res extimata daretur cū pacto. ꝙ aut res vel extimatio redderetur sic facit trāsire piculū ꝛemptōis. ſz nō exteriorātōis. vt. d. l. plerūq̄z. in fine.

Cathecismus

q̄d ē: R. ꝙ ē ille exorcismus q̄ fit añ ianuā eccl'ie sup baptizādo. vñ ꝺz cathecismus a cathecizo. i. instruo vel ꝛceo. tō cathecism⁹ instructio vel ꝛctrina ꝺ. ꝛ h̄. in. c. ꝙ cathecismū. ꝛ co. spi. li. vi. t in. c. añ baptismū. ꝛ ꝓse. dist. iij.

¶Utz ꝛtrahaťaliqua cognatio ſpūalis intenētibꝫ cathecismo sicē i baptismo: R. ꝙ sic q̄ impedit mrimoniū ꝓhendum. sed nō dirimit ꝓtractū. vt in. c. ꝙ cathecismū

¶Ad q̄d teneť q̄ tenet in cathecismū: dic vt s. Baptismus. viij. in fi.

¶Ad q̄d valet cathecism⁹? R. ꝑm Tho. i. iij ꝺ. vi. ꝙ minuit ptātē ꝺmonis. ne tm̄ possit i corpe t aīa. Vide. j. Exorcism⁹. qz idē est.

Causa

ꝺz multipl'r. Aliq̄n cā pia. vi ꝛ. j. legatū. ij. in p̄n. Cā cuiꝰ finis est ꝓmodū ptis seu aliquoz sine alterius punitōe. Jn hac tractať ꝛ pecuniꝭ t possessionū negocijs t hmōi. vt. tiij. q. ij. sup prudētiā tuā. Cā criminalis cui⁹ est finis punitio pēti vel vindicta publica. vt i c. at si clerici. t in. c. cū nō ab homīe. ꝛ iudi. t. d. c. sup prudentiā. t. xvi. q. i. frater noster circa medium. Cā mixta est que ꝑticipat ꝛ

vtroqz.ꝺ ꝑcu.tue. Et lz glo.videat varie.ꝓ nēdo ꝑcuniariā ꝑnā aliqñ ꝑ ciuili: aliqñ ꝑ criminali.vt in.l.ꝓtoz.in ꝓncipio.ff. ꝺ sepul. vio.t in.l.vnica.C. qñ ci.ac.cri.ꝑ. Tñ ꝺcoz. ꝙ qñ ꝑcuniaria ꝑna applicat fisco crimial' ē.sic tenet Inno.i.c.qliter t qñ.el.ij.ꝺ accu. t ē glo.t bar.i.ꝺ.l.ꝓtoz.§.i.qz sic intēdit vin dicta publica ꝑ ꝑnā ꝑcuniariā sicut ꝑ ꝑnā coꝛpis. Si ꝛo applicat fisco ꝑ interesse fisci ciuil' ē.vt in.l.i.C.ꝺ his q.vt idig. Nec ob. c.ꝑ tuas.ꝺ simo.t qꝺ no. Pa.in Rica ꝺe iu. di.qz illud.c.loq̄tur ꝺ amotōe a platōe q̄ ē ci uil'.qz facit ad ꝺnū sb ditoz ꝗ hz ꝺnū platū t tali nō imponit ꝑna.sz nō ꝑmittit exercer qꝺ ei nō ꝺuenit.s.platoz ad quā ē indign⁹. Itē nō dicūt ꝺc.ꝙ ꝓcise ē agere ciuil'r qñ ꝑ na applicat ꝓti.sed etiā alio mō.sic in.ꝺ.c. ij.ff.ꝺe se.vio.t Bar.in fi.in ꝛ. Quero quō cognoscā tur.ff.ꝺe ꝓti.ꝺelic. Idē glo. Albu.t Sali.in.l.i.C.ꝺe se.vio.t glo.in.l.aut dāna in ꝑn.ff.ꝺ ꝑ.t cōioz ē opi.ꝺe hꝫ no.ꝺ. An.in Rica ꝺe iudi. Note cause intelligit ꝺe cā ꝓpi qua nō remota. Vide glo.in.c.ꝺe ceto.ꝺe ho mi. Et nō ꝙ cā remota ꝺz occasio. Vñ faci ens turrim ē occasio homicidij illi⁹ ꝗ ascēdit t se ꝓcipitauit. Ipe ꝛo ē cā ꝓpinq. Qñ autē ꝗs teneat ꝑ cā remota nō t glo.i.c.sic nob.ꝺe testi.ꝙ distinguit. Aut ꝺabat opaz rei licite t si adhibuit diligētiā ꝺebitā: nō tenet.xxij. q.v.ꝺ occidēdis. Si ꝛo nō adhibuit: tenet l.ꝺi.sepe.ff.ad.l.aq̄l.l.ꝙ occidit.§.pe. Si aūt ꝺabat operā rei illicite imputāt ei sp oīa ꝙ in de sequūtur.l.ꝺi.c.ꝗtū dixit.ꝺ iniur.c.fi.ff. ad.l.aq̄l.l.itē mella.in ꝑn.ij.§.itē t cū eo

¶ Cā eccl'ie nō ꝺz cā ꝓpa rectoris. Vñ in cā eccl'ie sue ꝑt ee iudex.ij.q.vij.c.si ꝗs erga epz in glo.fac.c.fi.ꝺ postu.vbi ponit diūsa ꝑ sevl' ꝑ eccl'a. Et hꝫ vez dūmō ali⁹ ꝺstituat ꝙ agat noie eccl'ie.vt i.c.in sup.ꝺ testi.ēi arg. Sil'r ꝑt ee testis i cā eccl'ie qñ ali⁹ ē ꝺstitut⁹ ꝙ agat noie eccl'ie.ꝺ.c.in sup. Sz no.ꝙ licz canōice possit ee testis ꝑ ꝺcanōico suo ꝺ extraneū: qz nō ꝺz domestic⁹ ei⁹ sz eccl'ie tm ꝓm Hug.vt i glo.ꝺ.c.sup ꝓtudētiā.xiij.q.ij. nō tm ꝑt esse iudex ꝑ eo ꝺ extraneū.qz minoz cā repellit ali quē a iudicō ꝗs a testimōio.ꝺ of.ꝺele.c.cū R

¶ Cām ꝓpria palā ē ea esse cui⁹ /canonic⁹ emolumentū vel ꝺamnū ad aliquē suo noie ꝓtinet.c.biduū.§.palā.ij.q.vi

¶ Cā cōis vtriusqz ē.vt.ff.ꝺ ri.nup.l.illꝺ Et io testis nō ꝑt ee in re cōi sibi cū alijs nisi in directe: vt legatari⁹ ꝗ ꝑt ee testis in cā testa mēti in ꝙ sibi ē aliqꝺ relictū.in sti.ꝺ testa.§. legatarū.sz cā vniūsitatis nō videt singula ris ꝑsone: vt in.c.ꝙ manumittitur.xij.q.ij

¶ Cā alia impulsiua q̄ occasiōez remotā ꝑ stat.sic calfurnia ꝗ importune postulādo cāz ꝺedit vt mlier nō possit postulare. vt i.l.i.§. sexū.ff.ꝺ postu. Et ista cessāte nō cessat effec⁹. Alia final': t ista regulat ꝺispositōz.c.cū cessāte cā.ꝺ ap.l.general'r. C.ꝺ epi.t cle.t ibi Bal.ml'ta ꝺic ꝺ hac materia.c.general'r.xvi q.i. Dec cognoscit ex.v. Ꝓtio qñ illꝺ qꝺ ex ꝑmit in viā cause respicit vtilitatē tā alteri⁹ qz etiā ptū.l.ticio cētū.in ꝑn.ff.ꝺ ꝺdi.et ꝺe mō.puta ꝺno tibi cētuz vt inde facias fieri capellā in tali eccl'ia que illa indiget t hmōi Si ꝛo respiceret solū vtilitatē illi⁹ ꝗ ꝺz im plere t ñ sit pia.sic ꝑsumit cā impulsiua.ꝺ.l. ticio.§.sz si filio. Vñ si lego tibi.x.vt caligas emas nihilomin⁹ tenet legatū licz nō emas Sil'r si vt fundū. Sz si vt emas fundū al teri min⁹ industrioso nō valet nisi caueat vt ibi. Sc̄ꝺo cognoscit qñ exꝑmit pl⁹ act⁹ i viā cause.l.si ꝗs ꝑ redēptōe.C.ꝺ ꝺna.t.l.si ego in ꝑn.ff.ꝺe iu.ꝺo.t vult Bart.in.l.ij.§.fi.ff. ꝺe ꝺna.vt puta ꝺno tibi centū vt facias hospitale.nā hospitale ꝙ fiat erit cā final'. Tertio cognoscitur qñ in gerēdo actū exꝑmitur ab homie cā vbicūqz lex req̄rit ꝺe necessitate cāz ad validitatē actus.qz tunc intelligitur finalis vt actus sustineatur.l.sed si moꝛs.§. fi.cū.l.se.ff.ꝺe ꝺo.inter vi.ij.vbi ꝺicit ꝙ ꝺna tio facta vxoꝛi ad restaurationē edium igne ꝺbustarū valet vsqz ad earū repationē.t nō in plus. Quarta vbicūqz nō ꝑt esse alia ra tio illa cēsetur causa finalis l.cuis.vbi glo. C.ꝺe fideicōmis. Vñ qui legat iter ad fontē videtur legare t haustū.ff.ꝺe ser.ru.pre.l.itez si. Quinto vbicūqz lex exꝑmit cām cēsetur fi nalis. Glo.ē notabilis in.l.cū tale.§.legato cām fallsam.ff.ꝺe ꝺdi.t ꝺemō.quā ad hꝫ pōde rat Ange.in.l.sciendū.ff.ꝺe edi.edic.t bar.in ꝺ.§.fi.cuius sunt ista dicta

¶ Est t alia cā ꝗ ē causatiua alicui⁹ effectus. sz nō sufficiēter t efficaciter.t tal' nō tenetur ad restōnē ꝺamni ꝺati.primo licet ꝑccaue rit. Est t alia ꝗ est causatiua t inductiua' ali cui⁹ effectus sufficiēter t efficaciter.ita ꝙ sine ea nō seq̄retur.t talis tenet ad restitutiōz vl tra pētm ꝺmissum.et ꝺe ista loq̄tur.c.fi.ꝺe in iurijs.qꝺ no.qz facit ad multa

Cautio simpl'r dicta regl'ariter in telligit nuda ꝑmissio.vt.l. sancim⁹.C.ꝺe ꝛ.sig. Fallit i cautōe exꝑssa a le ge ꝓtoria.vt.ff.ꝺ ꝓto.sti.l.ꝓtorie.la.i. Et sic

intellige glo. ī. c. ꝑma igit. de ꝺse. di. iiij. Itez ſm glo. in. l. pe. ī fi. ff. de pet. here. qñ ē ꝑſona ſuſpecta. vt. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. q̄ ſat. cog. qz tūc ꝺz cauere cū fideiuſſoria. Dz cū addi tur idonea vel ſufficiēs: intelligit de pignora ticia vl̄ fideiuſſoria. vt. ff. de fideicōmiſ. li. l. q̄. q̄ ꝺiu. §. addici ita. Vide glo. in. c. ad no/ ſtrā. el. ī. de iureiurā. do. t in. c. vl. de pig. t ī. c. ex publico. de ꝓuer. ꝓiu. Si ꝙo ꝺz cautio me diocris. tūc venit obligatio oīm bonoꝝ. tex. ē ſingl'aris ī. l. filio. in fi. ff. vt le. ca. caue. Si ꝙo ꝺz cautio ꝓpetens. intelligit arbitrio iu/ dicis ſm aliquos vel ſm alios fideiuſſoria vel pignoratitia. vt in glo. l. ſi debitori. ff. de iudi. Notat tñ Bal. in. l. vniuerſa. C. de ꝓpi. impera. off. ꝙ qñ ſtatuto caueť ꝙ caueat ido nee qñ ꝓmiſſuz petit intelligitur arbitrio iudicis. t in. l. oēs. C. de epi. t cle. dicit. Te/ netur q̄s dare fideiuſſores t nō pōt. tūc tene tur obligare oīa bona ſua meliori mō quo pōt. Si ꝙo dicatur ſatiſdet vel ſatiſfaciat. fi deiuſſoria intelligitur. vt ī. d. l. i. q̄ ſatiſ. cog. t ſm glo. in. d. l. penul.

Cecitas ꝯmētis ſm Tho. ij. ij. q. xv. ar. i. pueit du pl'r. Primo ex hꝫ ꝙ auertit ſe ſponta nee a conſideratōe ꝑmi ꝓncipij intelligibilis. ſm illud pſ. Noluit intelligere vt bñ agerz Alio mō p occupatiōez mētis circa alia que mags diligit q̄z dictū ꝓncipiū. ſm illd pſ. Supcecidit ignis. ſ. ꝓcupiſcētie. t nō vide/ runt ſolē. Et ſic patet ꝙ eſt pctm̄. Et a Gre/ go. xxxi. moral'. ponit filia luxurie

¶ Sed vtz ſit mortal': R. ꝙ ſic. qñ ſic ñ vult intelligere neceſſaria ad ſalutē. xxxvij. diſ. c. q̄ ea. Sil'r qñ ita occupat in tpalibꝫ ꝙ omit tit nccias vacatōz quā deo teneť exhibere. vt ī diebꝫ feſtiuis. ī quibꝫ ſm Ri. i. iij. di. xxxvij ar. iij. q. iiij. ī aliq̄ hora teneť deo vacare men te vel hmōi. ſecꝰ ſi omittit q̄ nō ſūt nccia ad ſalutē. qz tunc eſt pctm̄ veniale

6 ¶Sed quid si tales clerici exercent ea q̄ nō sunt ꝛputata certo ordini.vtputa cantare i choro.legere psalmos vel epistolam.sicut facit aliq laici:℟.ꝑm Inno.in.d.c.tanta.et sequitur Pa.in.c.ij.de cle.excō.mini.ꝙ non incidunt in p̄fatas pnas.inrisditionalia tamen exercere possunt. vñ z excōmunicare et absoluere possunt. si ipsi nō sunt interdicti. Dicit tamē Pa.in.d.c.ij.ꝙ nō debent absoluere cum illa solennitate.c.a nobis. el.ij. de sen.excō.sed ei nō credo quo ad absolutio nē.quia absolutō ab excōmunicatōe siue cū illa solennitate siue sine ea nō potest impendi ab interdicto.sed si ille qui impendit non sit interdictus.tūc absoluere potest etiā cum illa solēnitate.qz cum absolutio ꝑmittitur. ergo z solēnitas ꝓsueta. Inno.tamē z Dostri.z Laudu.ꝓcordant cū Panor. et addūt ꝙ efficeretur irregularis qui absolueret cum ꝑfata solēnitate.sed eis nō credo ratione ꝑdicta. Item ꝑm Guliel.durañ.similiter ē irregularis clericus qui solēniter i cimiterio se pelit hominē interdictū.arg.c.i.de postu.prela.sed ego dico similiter si hominē nō interdictū sepelit in loco interdicto solēniter .s. cū officio solito. Ratio.qz istud competit certo ordini ꝑm ꝙ ꝓmuniter seruat. no.etiam aliā pnam in cle.eos.ō sepul.de qua.s. Excōmunicatio.vij.casu.xxvi.

7 ¶Quinta pena est ꝙ clericus qui nō seruat interdictum loci est suspensus ab officio z bñficio.d.c.tanta.de excess.prela.in tex.et i glo. z sequūtur ꝓmuniter docto.

8 ¶Sexta pena est contra religiosos quoscunqz.s.excōmunicationis.qui nō seruāt interdictum.cū matricem ecclesiaz loci seruare sciunt.quod intelligo de generali interdicto.qz si singulariter ecclesia matrix essz interdicta nō habet locū in cle.ex frequentibus. de sen. excō.si vero matrix ecclesia nō seruaret solaz incurrerēt pnas quas z clerici incurrunt.de quibus in isto.c.dicit.

9 ¶Utrū laici nō seruantes interdictū incurrant aliquā pnam:℟.ꝙ nulla inuenit i iure ipsis imposita. peccarēt tñ mortaliter si hoc facerēt i ꝓtemptū ecclesie.al's nō nisi i quattuor casibꝫ positis i cle.i. de sepul.et cle. graues.de sen.ex.de qbꝫ habes.s. Excōicatō.v. casu.xv.z Excōicatio.vij.casu.xxvi.

10 ¶Sed nūquid laici tenētur de ecclesia exire:si sacerdos recipit interdictum ad diuina ℟.Monal.ꝙ nō. neqz peccāt audiēdo: sed solus sacerdos

11 ¶Utz clericꝰ simplex q̄ habet tm̄ primā tōsurā incidat in penas p̄dictas sicut alij clerici:℟. Dosti.ꝙ sic.si i officio suo cāret.s.tāqz psalmista.vt i.c.psalmista.xxij.di.

12 ¶Ultima ꝙ clericus decedēs interdictꝰ priuatur ecclesiastica sepultura.d.c.is cui.

Interdictum.viii

quō relaxatur:℟.ꝙ aut interdictū fertur ad tps.sicut cū quis interdicit vsqz ad annū vl' donec satisfecerit.vel talis ibi moreť.z tunc nō requiritur absolutio aliqua post tale q̄d. quia anno trāsacto vel satisfacto vel recedēdo tali interdictū est amotū ipso facto.z licite post hoc celebrat quis. Ita no. Pa. in.c. nō est vobis.de spon.nec distinguo an sit a iudice vel a iure.qz i vtroqz habet locum qđ dixi.z idē dic de quacūqz alia suspēsiōe tam iuris q̄z hois. Secꝰ de sinia excōicatiōis ad tps.qz reqrit absolutio. ita no.doc.i.c.fi.de

matri. ℣cto ℣tra inter. ecclesie. ꝛ ibi reddunt rationē esse. qz excōmunicatio requirit certā formā ī absolutōe. sed ī interdicto vel suspē/sione sufficit cōstet de mente iudicis. et licet aliqui dubitēt de excōmunicatōe lata a pa/pa ad tempus. tn̄ tene q̄ requirit absolutio nisi apte cōstet papā velle eum absolutū esse ꝑm dd. Anto. ꝛ seq̄tur Pa. in. d. c. fi. Si ꝙo interdictū vel suspensio nō est lata ad tem/pus sed simpliciter: tunc requirit absolutio. ꝛ si est a iure potest absoluere ordinarius vel legatus sedis aplice. nisi cū ꝑditor iuris si/bi vel alteri reseruauit. arg. c. nuper. §. in. ij. de sen. excō. Si autē sit a iudice. sic ille q̄ tu/lit potest absoluere vel eius supior tm̄: ꝛ nō alius. aut de mādato eius qui eam tulit. ꝛx/uij. q. i. si petrus.

1 ¶ Utz sit seruāda aliqua forma ī ei⁹ absolu/tōe. R. Host. q̄ sic. dicēdo. reuoco vel remo/ueo vl̄ absoluo. ꝛ sil̄ia verba. Debēt etiaz in/ūgi eis vt satisfaciāt ꝑm q̄ ꝺr ꝺ excōicatōis absolutōe. qz ī hoc ambulat pari passu. vi/de. s. Absolutio. iij. §. i.

2 ¶ Utz interdictū possit ad cautelā relaxari R. q̄ generale interdictū non pōt. c. p̄senti. de sen. excō. li. vi. Sed si interdictū sit singula/re ℣ psonam. sic potest relaxari ad cautelam arg. a ℣no sensu. d. c. p̄senti. Ratio. qz specia liter interdicto oia sacramēta negant donec absoluat. ꝛ sic idē est qd̄ ꝛ de excōicatōne a q̄ q̄s absoluit sub ꝺditōe. vt in. c. solet. de sen. excō. li. vi. hoc tenet Jo. an. ꝛ Bart. ī. d. c. p̄/senti. Limita hoc si penitet. al's nō. qz sic rela xatio daret causam peccādi. nisi forte i casu. sicut cū absoluit inuit⁹ ab excōicatōe. de q̄. s. Absolutio. iij. §. vij.

5 ¶ Utz epūs vel alius possit suū interdictū suspen dere. R. Lau. Ancre. ꝛ Uinē. q̄ sic. vt nō. in. c. ad hec. el. iij. ꝛ. c. directe. ꝛ. c. p̄tete rea. de appel.

4 ¶ Utz p appellationē sequentē suspēdat in/terdictuz latū. R. q̄ nō. nisi eius effectus sit suspēsus ad tps. qz sic pōt appellari a senten/tia suspēsa sicut a ꝺditionali. d. c. p̄terea. Ad ꝟ intellige de interdicto vel suspēsiōe. Sec⁹ i sentētia excōicatōis cui⁹ effect⁹ nūq̄z pōt re/laxari nisi i toto absoluat. c. cum desideres. de sen. ex. hoc no. Host. i. d. c. ad hec. Hoc intel lige de interdicto a diuinis sacramēt̄ ꝛ alīs spūalib⁹. Secus eēt ī interdicto a tpalib⁹. vtputa q̄ nō ingrediat possessionē talē. ff. de appel. l. ꝺstitutōis. vñ Jo. an. in. d. c. is cui. restringit solū i mere spūalib⁹ p que ligatur anima. ꝛ ideo p appellationē suspendit inter dictum a bēneficio ꝛ suspensio. de quo vide. s.

Suspensio. ij. §. i.

5 ¶ Utz priuilegium ꝺcessum a legato a late re q̄ interdicti tpe valeat celebrare interdicti ꝛ excōicatis exclusis. valeat q̄tū ad sentētu/as suas ꝛ suoz successoz ordinario. R. ꝑm. Laud. q̄ sic. nisi specialiter a successore revo/cet. ꝛ tenet idē q̄ etiā valet q̄ ad suas papa/ar. d. c. dilectus. el. ij. de rescrip.

6 ¶ Utrū papa ꝺante licentiam celebrandi in ecclesia specialiter interdicta relaxet cōpo in/terdictum. R. ꝑm Host. in. c. vt priuilegia

7 q̄ non.

¶ Utz de auctoritate epi possit quis celebra re in ecclesia interdicta. R. ꝑm Host. in. d. c. ad hec q̄m. q̄ nō. qz istud priner ad solū pa/pam. de priule. c. cum ꝛ plantare. Sec⁹ esset ī cessatione a diuinis. qz posset epūs excipere quos vult ꝛ subijcere. ꝛ tps ꝛ modū determi/nare. ꝑm Inno. i. d. c. vt p̄uilegia. Ad idē te/net in ecclesia p eum interdicta. allegar. d. c. dilectus. sed nō potest ꝺcedere vt p̄sona in/terdicta vel suspēsa celebret nisi p̄cluto al/terius sit suspēsa ab eo.

Interdictum. ix.

q̄n nō indiget relaxatione. qz ipso iure nō te/net q̄s seruare. R. q̄ ī duobus casibus.

1 ¶ Primo q̄n fertur ꝺtra participātes cū ex/cōmunicatis in casu quo minōre incurrunt excōmunicationē sine canonica monitione p̄missa. tunc nullū est ipso iure. sicut et sus/pensio quelibet. Intelligesi feratur ab infe/riori a papa. c. statutuz. de sen. excō. libro. vi. Et dicit canōica monitio ꝛ legitima q̄n no/minatim admonētur. al's nō. vt in. c. constitu/tionē. eo. ti. ꝛ li. ꝺtra alios vero licet de/at p̄cedere monitio q̄n fert̄ p ꝺtumacia ꝑm Inno. i. d. c. ad hec q̄m. tamē tenet sil̄i. si fe/rat sine scriptis. q̄uis inde incurrat pena de qua in. c. i. de sen. ex. lib. vi. ꝛ. s. Excōicatio ij. §. ij. Sed magis breuiter dic q̄ in illis ca/sib⁹ ī quib⁹ sentētia excōicationis nō tenet, sic nec interdictū. de quo vide. s. Excōmuni/catio. iij. p totū. Sedo q̄n interdictū etiaz ꝓpter alios. ꝛ ipsi nō seruāt eū. tex. ē in. c. ex/tisti. de p̄uile. Sed aduerte ꝑm Host. ibidē q̄ si ciuitas vel ecclesia ē interdicta ꝓpter alq̄s quē. i. ꝓpter eoz delictū. tūc licet ipsi violent alij tn̄ seruare tenent. si aūt sit positū p certā querela ad eoz vtilitatē. tūc si ipsi nō seruāt nec alij seruare tenent. ꝛ sic efficit nullū. d. c. petisti. ꝛ sic eum intellige.

¶ Utrꝫ qñ interdictū ē nullū. tñ matrix eccle
ſia ſeruat. teneãtur religioſi illud ſeruare: R.
q̄ ſic. aliter incurrūt pnã excõicatõis. cle. ex
frequentibꝫ. de ſen. ex. in glo.

Intereſſe ſm Bar. in. l. vnica
C. d̄ ſen. q̄ p eo q̄ in
ter p̄ſer. ꝓprie ⁊ ſtricte ē extimatio alicui⁹ vti
litatis nõ habite ꝓpter alicui⁹ factū iniuſtū
vel conceſſionē iuſtã. et eſt duplex. aliud lu
cri ceſſantis. ⁊ hoc eſt qñ homo impedit̄ a
lucro qđ feciſſet: ſi talis pecunia ſibi reſtitu
ta fuiſſet. vel ſi talis leſio ſibi nõ fuiſſet illa
ta: ⁊ hmõi. Aliud eſt intereſſe damni emer
gẽtis. ⁊ hoc duplex. aliud ī re. aliud extra rẽ.
Intereſſe damni emergentis in re vel circa
rem. qđ etiã dr intrinſecũ ſm Bar. vbi. s. et
iſtud eſt ipſa res ſeu eius extimatio. vl̄ id qđ
prouenit immediate ex ipſa re. vt fructus et
partus ⁊ hmõi. ponit exemplũ. vẽdidiſti mi
hi vinũ qđ valebat. xx. ⁊ tibi tradidi p̄ciuz.
nec vẽdiſti. nũc valet. xl. ſi traditũ fuiſſet tan
tũ habiturus erã. ⁊ de hoc. ff. de ac. emp. ⁊ vẽ.
l. ſi ſterilis. §. cũ p̄ venditorẽ. Intereſſe extra
rẽ vel extrinſecũ ē qđ ꝓuenit nõ ex ipſa re ſed
ꝓpter ipſam rẽ. exemplũ. vẽdidiſti vinũ nec
tradidiſti. ſz ſi tradidiſſes ex eo potuiſſez ne
gociari ⁊ lucrari. vẽdidiſti granũ ⁊ qz nõ tra
didiſti ſerui mei fame perierũt. ⁊ iſtud qñ pe
tatur ī ⁊tractibꝫ. habes in. l. iulianus. §. i. ff.
de ac. emp. ⁊ ven. l. cũ vẽditorẽ. C. de ac. emp.
⁊ ven. ⁊. ff. de verbo. oblu. l. ſi inſulã. et qñ te
neatur in ⁊ſcientia. habes Uſura. i. §. xxx. in
tereſſe qñ habet certã quãtitatẽ vel ſpecie du
plũ excedere nõ p̄ot. ⁊ qñ excedit duplũ. ha
bes in. d. l. vnica. ī tex. ⁊ in glo. ſz quo ad con
ſciennã habes. j. Uſura. i. §. xxx.

Interpretatio legis ad
quẽ ptiet
R. q̄ interp̄tatio legis diuine vel canonice p
tinet ad papã. c. p venerabilẽ. qui filij ſint le
gi. Sed interp̄tatio legis ciuilis ineꝛtuz cõ
cernit clericos ſimiliter p̄tinet ad papã. vt ī
c. i. de iura. calum. Ineꝛtum autẽ ⁊cernit lai
cos p̄tinet ad impatorẽ. l. fi. C. de leg. quia ẽ
eius interp̄tari cuius eſt condere. de reg. iu. li.
vi. Et hoc intellige verꝫ generaliter. ſz q̄ꝛtũ
ad vnã cauſam p̄ot iudex etiã interp̄tari. vt
no. Inno. i. c. cum ſpeciali. de ap. vide bo. glo.
in. c. i. de poſtu. pla. facit. l. vnica. C. de pfeſſo.
qui in vrbe. niſi eſſet ita arduũ ꝙ firmus in
tellectus dari nõ poſſit. qz tũc recurrendus ẽ
ad p̄incipẽ. l. pe. ⁊ fi. C. de lc. hoc Pa. in. c. i.
de iura. calum.

¶ Utrꝫ interp̄tatio p̄uilegij p̄tineat ad p̄nci 1
pem ſoluz: R. Pa. in. c. qz. de iudicijs q̄ aut
dubiũ eſt ſup poteſtatẽ. ſ. ſi potuit dare. ⁊ ſic
nulli inferiori a p̄incipe licet. vt ī. c. i. de trãſ
a. pla. xvij. q. iij. §. qui aũt. ix. q. iij. cũcta p
mundũ. Aut dubiũ ē ſup validitate vl̄ ſur
reptione. ⁊ ſic p̄ot inferior iudex ſm cõiter do
cto. Aut dubitatio ē circa verba ſolũ. ⁊ tunc
ſi caſus ē clarus ⁊ decliſibilis de facili. ſic p̄t in
ferior cognoſcere ad p̄iudiciũ ptiũ ſm cõiter
doc. Rõ. qz inferior interp̄tat legẽ ſuperioris ī
p̄iudiciũ partiũ. vt no. Inno. i. d. c. cũ ſpecia
li. facit. c. inter alia. de ſen. ex. ⁊. d. l. ſi. Sed
caſus ē dubius: ſic p̄tinẽt ad p̄incipẽ. ſi ei⁹ p̄
ſentia de facili p̄ot hꝫi. ar. d. c. qz. ⁊. d. c. inter
alia. ⁊ ī. l. ex facto. §. i. ff. de vul. ⁊ pupil. ſub
ſti. q̄ ſi de facili nõ p̄ot adiri p̄nceps ꝓpter lõ
gam diſtantiã. ſic poterit interp̄tari p̄ ratiõz
naturalẽ ⁊ veriſimilẽ q̄ p̄ot notari p exp̄ſſa ⁊
ba. p hoc eſt caſus ī. d. l. ex facto. §. q̄. vbi iu
riſcõſultus interp̄tatur legẽ ex naturali rõne
Itẽ qđ no. Inno. in. c. cũ ſpeciali. facit tex. in
c. cũ p̄ſone. de p̄uil. lib. vi. Aut dubiũ verſa
tur circa intentionẽ p̄ncipis. ⁊ nõ p̄ot decidi
ſine magno dubio. ⁊ ſic interp̄tatio ē ſolus
p̄ncipis. ad p̄dicta facit tex. in. c. venerabilẽ
de elec. Dicit etiã Specu. in ti. de leg. §. nũc
oſtẽdendũ. q̄ eps p̄t interp̄tari iuriũ allega
tiones. de pigno. ſignificate. ⁊. d. c. venerabi
lẽ. p̄cedit ī arduo negocio. vt dictũ ē.

¶ Utrꝫ in ⁊ctibꝫ ſit interp̄tatio faciẽda vt res 2
potius valeat q̄ꝛ pereat: R. q̄ ſic. de ſi. inſtru.
c. inter dilectos. ī glo. ⁊. ff. de re. du. l. q̄tiẽs ī
actionibꝫ. de ꝓ. ſig. c. abbate. §. ⁊tra qđ fuit.
Si ꝓo res valeret ſm intellectum vtriuſq̄z.
tũc accipiẽdũ eſt illud qđ ẽ magis veri ſile.
ff. de re. du. l. cũ ī teſtõ. ⁊. ff. de ver. ob. l. eũ qui
⁊ qđ ⁊ſueuit. xxvij. di. d̄ ſiraculane. ⁊ qđ ma
gis ⁊uenit iuri. de ⁊ſue. cũ dilectus. §. fi. vbi
interp̄tatio fit ⁊tra eũ qui legez potuit apti⁹
dicere. ff. de pac. l. veteribꝫ. de p̄uil. c. quia. in
glo. Interp̄tatio ī ⁊tractibꝫ fit plena. In te
ſtamẽtis plenior. In bñficijs q̄z pleniſſima
de dona. c. cũ dilecti. Interp̄tatio locutionũ
detet fieri ſm p̄ſonas q̄ loquũtur vel quibus
loq̄tur. xxvi. di. de inde. ī glo.

i **Interrogatiões**
in ⁊feſſione vtrꝫ ſint faciende a con
feſſore: R. q̄ ſic. p tex. clarũ Aug. de pe. di.
vi. c. i. vbi dicit. Diligens inquiſitor ⁊ ſb
tilis inueſtigator ſapiẽter ⁊ q̄ſi aſtute in
terroget a pẽtore qđ forſan ignorat. vel p

verecūdia velit occultare. hec ille. Et nō q̄ ꝯfessor teneat sub pena mortalis pecca/ti eas interrogatōes facere quas cogno/scit necessarias ꝯfitēti p validitate ꝯfessi onis. habēs pbabilē opinionē q̄ ꝯfitens ex oblīuione vel ignorātia seu negligētia omittit. ar. c. si rector. xlij. dis. Secus ēet q̄n habēs pbabilē opinionē q̄ ꝯfitens ta lia scit et aduertit. qz sic pōt credere eū vel nō ꝯmisisse. vel alīs cōfessum fuisse. et sic nō tenetur interrogare. nisi forte videret q̄ ex verecūdia nō auderet dicere. Dimit/tere aūt interrogare ex inaduertentia aut oblīuione nō credo sit peccatū. Ex negli/gentia ꝯo dimittere interrogatōes quas pbabiliter ꝯscientia sibi dictat faciēdas. de necessitate videt mortale pctm̄ per ea q̄ dicā. j. Negligētia. ℣. i. multo magis vi/detur mortale q̄n sciēter et sine oīi rōnabi/li cā volūtarie dimittit. tenet em̄ cōfessor circa ꝯfitentē facere ex p̄cepto charitat̄ ea q̄ vellet sibi fierent rōnabiliter ptinentia ad necessitatē salutis. sicut ē integre cōfi teri et in viā salutis dirigere. aliter p̄uari/cat illud p̄ceptum. Diliges p̄ximum si/cut teip̄m. Nō tn̄ debet ꝯfessor esse nimis scrupulosus i interrogādo oīa q̄ possibi le est ꝯmiserit pctōr. sed solū circa ea debz interrogare q̄ pbabiliter credit ꝯmisisse. Quid debet attendere ꝯfessor circa inter rogatōes? R. fm Astēn. q̄ tria. Primū q̄ interroget de peccatis. non de fabulis vel alīs mūdanis. Scōm q̄ nō interroget nisi de peccatis ꝯsuetis. et q̄ ꝯmuniter sūt nota explicite. Querere em̄ de pctis incō/suetis et enormibz nisi i generali et a lōget p quādā circūlocutōz nocet ꝯfitēti. qz se/pe discit qd̄ nescit. ꝓterea dr̄ Prouer. xi. Qui inuestigator est malorum. oppꝫ met ab eis. et in. l. i. ℣. q̄ questionē. ff. de questi. phibet fieri questio speciāl in p̄iudiciū al/terius. Terciuz ē q̄ nō descēdat nimis ad pticulares circūstātias pctōrum carnali/ium. qz dicit phs. iij. ethi. Delectabilia q̄z to magis ꝯsiderāt tanto magis sūt apta mouere. et nocet tal interrogatio. et ꝯfessori et ꝯfitēti. Sufficit em̄ habere vltimā spe/ciē peccati in hmōi. et circūstātias q̄ cadūt sub speciali phibitōe et a lōge. et cū verbis honestis. vn̄ nullo mō descendat ad alia specialiter. puta mlier ꝯfitet q̄ fuit cogni/ta extra vas debitū nō querat postea in q̄ loco vel quō et hmōi. sicut faciūt quidā q̄ po tius sunt ꝯtaminatores q̄z ꝯfessores q̄ sepissime peccāt mortaliter delectādo se d̄ hmōi interrogatōibus. et ꝓpter delectari onē faciēdo eas. Scdo de quibz sunt in/terrogatōes faciēde: R. q̄ sunt faciēde de peccatis ꝯmunibz. sicut ē trāsgressio dē/ceptoz. ꝯmissio septē pctōz capitalis. abusio q̄nq̄z sensuū. et de circūstātijs q̄ mu/tāt specīē. et aliq̄n q̄ aggrauāt notabiliter nō oēs de omibz. sz de illis q̄ cōiter contin/gūt i tali statu. qz irrisio esset querere a femi/na de militia etc. Vn̄ vt ꝯfessor simpliciter ha/beat formā interrogādi hic annotabo talē ordinē q̄ erit quasi vna tabula ronis istius angelice summe circa ea q̄ ptinēt ad sciā entiā. Attēde g̃o ꝯfessor q̄ salutifere vis ꝯfessiones audire ad infrascripta.

Presentato tibi pēnitēte debes p̄mo interro/gare eū de quo loco vel terra ē. si aliter ea/nō agnoscis. vt ex hoc intelligere possis si habes auctoritatē ad eū audiendū. qz si es sacerdos parochialis nō habes pārē/nisi sup illos q̄ sunt de parochia tua. sm q̄ habes. s. Cōfessio. iij. ℣. iij. et ℣. xx. et sequētibz. Idē dicit̄ de illo cui ꝯmissa ē audientia ꝯfessionū a parochiali sacerdo/te. Si ꝯo est tibi ꝯmissa ab epo talis au/ctoritas vel ab eius vicario generali i spi/ritualibus vel ab alio habēte iurisdictōez quasi epalem. Tūc si es frater minoz. vel frater de ordine pdicatoz aut heremitaꝝ. et hmōi. et talē auctoritatē habes p̄tā/tionē factā fm formā cle. dudū. de sepul. de quo habes. s. Cōfessio. iij. ℣. xvi. vl̄ es admissus ac si esset seruata talis forma. sic potes audire oēs d̄ illa dioceſi vl̄ iuris/dictiōe illi⁹. et in illa dioceſi solū et nō extra illā. Si ꝯo nō es p̄tanus fm formā di/cte cle. nec admissus ac si eēt p̄tanus. sz so/lū tibi ꝯcessit licētia audiēdi ꝯfessiones. sic potes vbiq̄z ei⁹ subditos audire de q̄ vi/de i. d. ℣. xvi. et se. Et si inueneris q̄ habes auctē eū ꝯfitēdi. Interroga sēdo d̄ ei⁹ sta/tu et ꝯditōe si aliter eū nō agnoscis. vt p/tendere possis si erit capax absolutōis vl̄ ne. Nā si inueneris eū i tali officio vel ar/te. tali arte quā exercere nō pōt sine mortali/tūc indica ei a p̄ncipio. ne forte eū audie/ro. et postea nolēs eū absoluere scādalizet d̄ te. posses tn̄ talē q̄ habet aliq̄d qd̄ non vult dimittere fm q̄ tenet admonere q̄ vult ꝯfiteri libēter audies eū. sz absoluere ñ re ñ posses. nisi dimittat qd̄ exercere ñ pt̄ sine mortali. et quō sz eū ñ absoluas? cō/fessio valz ei ad mlta bona. p̄sertim vt d̄

ctius illumin et eū ad pniaz fm q̄ dz i.c. quod quidā. de pe. t re. Et his dictis sivo luerit ꝯfiteri poteris eū audire. t monita salutis dare. t aliquā pniam. sz nullo mō absolutōz. qz sic peccares mortal'r. de q̄ habes. s. ꝯfessio. i. §. xiiij. t ꝯfessio. vi. §. ij. et iij. Interroga tercio q̄tū ē q̄ nō fuit ꝯfessus. t cui ꝯfessus fuit. t si debita bona voluntate fuit ꝯfessus. t si fecit pniaz. t si aliq̄d retinuit scienter q̄d nō fuit ꝯfessus vt ex istis possis scire d̄ q̄to tpe hz ꝯfiteri. t si ꝯfessiones facte sint reiterāde. et q̄n h̄ sit roga q̄rto si adhibuit diligētiā vt suoruz pcātoz habeat mēoriā. t si inuenires q̄ nō. puta qz oportet reiterare ꝯfessiones d̄ multo tpe. t ipe penitēs h̄ nō cogitabat. t ppter hoc nullā posuit diligētiā sup pctis ꝯfessis tūc admonēd⁹ ē vt vadat t conet reducere ad mēoriaz sua pcta discurrēdo p status quos habuit. p officia q̄ exercuit. p societates q̄s tenuit. p loca i quibz habitauit. p exercitia q̄ opatus ē. vt sic integre ꝯfiteri valeat. t quantā diligentiā debeat ponere habes. s. ꝯfessio. i. §. xij.

Predictis factis t inuēto q̄ facta diligētia fm posse suū ē dispositꝰ ad digne ꝯfitēdū debes eūdē penitētē inducere vt genuflectat ꝯfitetur deo dicat hūiliter ꝯfiteor deo tē. vsq; mea culpa. si scit eā dicere. t q̄ stet facie ꝑsa lateri ꝯfessoris si ē mulier vl' iuuenis. t non permittas q̄ aspiciat i faciē tuā. qz multi p pter h̄ corruerūt. t postea bonis ꝓbis t p suasiōibz induc eū vt dicat pcta sua. Et si scit ordinate dicere noli eū ipedire. sz solū vade supplēdo vbi ipe deficit i exp̄mēdo circūstātias. vl' declarādo quō ē mortale t tenet abstinere. vl' ad restituēdū. vel ē excōicat⁹ t hmōi. si vides q̄ ipe penitēs h̄ nō intelligit vel nō ppēdit. vl' si nescit ordinate dicere facvt ꝯfiteat saltē grauiora q̄ magis ḡuāt eⁱ ꝯscientiā. vt ex ill' possis scire de q̄bz debeas eū interrogare. Et dictis aliq̄bz de grauioribz. si vides q̄ nescit ordinate dicere. incipe tu interrogare eū sic i infrascriptis videbis. nō tn oēs d̄ oibz vt dixi. sz tm̄ de his q̄ veri⁹ sil'r p̄sumit ꝯmisisse vel rone status vel exercitij aut ꝯditōnis plone. Et caue ne eū exaspes ppter aliq̄d pctm̄ donec totā ꝯpleuerit ꝯfessiōz ne forte p verecūdia nō integre ꝯfiteat. sz ꝯpletā confessione. tūc eū reprehēde t argue. fm q̄ videris ei expedire.

Ordo aūt interrogādi sit iste circa pcta cogi

scēda t dicēda. p̄mo circa decē p̄cepta.

Circa p̄mū p̄ceptū decalogi q̄d ē. Nō habebis deos alienos tc. Expo. xx. q̄d q̄dē quō intelligat. habes Preceptuz. §. iij. ex cui⁹ expositiōe sic facies interrogationes

Si adorauit aliquā creaturā. vl' cū p̄mo apparet fecit ei aliquā orōem t hmōi.

Si adorauit diabolū etiā sb̄ āgelo lucis apparēte. qz mortalia sūt. vide adoratō. §. x.

Si inuocauit dæmones vel fecit aliq̄d pactū cum eis. vide Horas. §. iij.

Si vsus est nigromantia. aeromantia t hmōi modi. vide ibidem.

Si vsus ē sortilegijs vel incātatoribz ad sciēdū occulta vel furta t hmōi. vide ibidem.

Si voluit scire futura p̄ vanam inspectiō ex creature. ibidem.

Si q̄n obuiauit lepori vel alteri aīali credidit p̄sagium alicui⁹ futuri. ibidem.

Si q̄n mulier p̄egnās peperit ignem t hmōi vtitur ad sciendū futura. vide ibidem.

Si vsus ē lr̄is. pūctis. astrolabio. apertione libri et hmōi. ad sciendū futura. ibidem.

Si obseruauit somnia vt indiuinaret. ibi/

Si voluit colere deū fm ritū iu/ /dæm. §. v. deorum. vide superstitio. §. i.

Si vsus fuit ligaturis aut characteribz pro sanitate danda. vide superstitio. §. i.

Si fecit anulū q̄n legit passio xp̄i vel charactere ī tali die t hmōi. vide ibidem. §. ij.

Si vsus fuit arte notoria vel eam didicit. vide ibidem. §. iij.

Si vsus est herbis ꝯ dæmones. vide ibidem

Si vsus est breuibz ligandis ad col /§. vi. lum vel portandis. ibidem. §. vij.

Si incātauit animalia. ibidem. §. viij.

Si carminauit infirmos. ibidē. §. ix.

Si dixit vl' fecit dici missas vl' psalmos vt

Si colligēdo her /ās moreret. ibidē. §. x. bas obseruauit aliqua vana. ibidē. §. xi.

Si aliq̄d fecit vt sciret infortuniū alicuius.

Si p̄ maleficiū destruxit aliud /ibidē. §. xij malum. ibidem. §. xiij.

Si credidit seminas ire de nocte. vel ꝯuerti ī cattas. t hmōi. ibidem. §. xiiij.

Si habet libros de p̄dictis sortilegijs vl' superstitionibz teneť eos ꝯburere. al's nō est absoluēdus. vt. s. Curiositas. §. i.

Si obseruauit dies egyptiacos. vide supsti/

Si dedit poculū vt amaret ab /tio. §. vlti. aliq̄ videt mortale. qz oīno superstitiōe evitat.

Si credidit q̄ ex ꝯstellatōe cogat ās ad bonū vel malū. vide Horas. §. iij.

Si vsus ē sacris vl' sacralibz p dāda saīrate

ꝛ hm̄oi. vide sacramentum. §. vlti.
Si acceptauit duellum. vel obtulit vel fuit causa vt fieret. vide Duellum.
Si accepit ferrum candens. vel ꝛdit ꝑ manifestāda veritate. vide Purgatio. §. i.
Si est hereticus vel fautor hereticorum. vide Hereticus. in prin. ꝛ ꝑ totum.
Si fuit dubius in fide. vide Hereticus. in prin. ꝛ Infidelitas. §. x.
Si apostatauit a fide. vide Apostata. i ꝑn.
Si fecit actum infidelitatis timore mortis ibidem. §. ꝓ.
Si portauit vestes infideliū. ibidē. §. vlti.
Si nimiam ꝓcticam habet cū iudeis. vide Judeus. §. i.
Si balneum intrauit cū iudeis. vide Balneum. §. iij.
Circa scd̄m p̄ceptū. Nō assumes nomen tē. quō intelligat habes p̄ceptū. §. iiij. ex eo exposito sic formabis interrogatōes.
Si vota facta non impleuit. vel ꝛliberauit non implere cum posset ꝛ teneretur pecca/uit mortal'r. ꝛ qñ teneat vel nō. vide Votum. i. ꝑ totum. ꝛ Votum. iij. ꝑ totum.
Si assensit impedimento nō implendi votum. vide Votum. ij. §. xij.
Si facta vota sine ꝛterminatione temp̄is nimis tardauit. vide Votum. ij. §. ij.
Si in casu qñ obligat ad vota parētū. ñ ea impleuit. ꝛ qñ sit vide Votum. iij. §. viij
Si impetrauit dispensationē voti sine legi/tima causa. vide Votum. iij. §. x. ꝛ. xi.
Si fecit votū sciēs ꝙ vouere ñ poterat. vide Votū. ij. §. ix. ꝛ qui nō p̄nt habes ibidē.
Si fecit votū ꝛ re mala fienda q̄ sit morta/le p̄tm peccauit mortal'r vouēdo. ꝛ tene/tur facere ɔtrariū. secus esset ꝛ re p̄ti ve/nial'. ꝛ quō nō obligat. vide Votū. i. §. v. ꝛ facit ad hoc qđ nō. in. c. p̄iurium. §. i.
Si fecit votum ꝛ re bona sed ꝓpter ma/lum finem. vide Votum. i. §. iij.
Si apostatauit ab aliqua religione vel or/dine. vide Apostasia. §. ij. ꝛ ꝑ totum
Si blasphemauit ꝛū vl' sanctos. vide blas/phemia. ꝛ q̄t modis blasphemat. ibidē.
Si maledixit ꝛū vl' sctōs. vide maledictō
Si nominauit ꝛū vel sanctos oppro/brioſe vel ꝑ membra ꝛ crecūda aduerten/ter: peccauit mortaliter. etiam si fecit ex io/co. qz ɔtra ꝓceptum ꝓdictum directe.
Si sacramentis ecclesie fecit aliquod enor/me. puta conculcando vel hm̄oi. qz mor/tale est contra ꝓceptum ꝓdictum.
Si sacramenta recepit vel administrauit i peccato mortali mortale p̄catū est nisi i casu ꝛ quo Baptismus. v. §. xiij.
Si iurauit falsum quod credebat verum. vide Periurium. in prin.
Si iurauit verum cum tamē crederet dicere falsum. ibidē.
Si iurauit falsum sciens
se mendacium iurare. ibidem.
Si iurauit aliquod malum se factūm. ibi/dem. §. i. ꝛ Juramentum. iij. §. vij.
Si iurauit i ɔmuni sermone sine debita vi/sceratione. ibidem. §. ij. ꝛ Juramentū. §. x.
Si iuramento affirmauit id ꝛ quo dubi/tabat. vide Periurium. §. iij.
Si iurauit ꝑ verbum credo. quod tamen non credebat. ibidem. §. iiij.
Si credidit contra venire iuramento. cū ta/men non contrafaceret. ibidem. §. v.
Si iurauit ex metu falsum. ibidem. §. vij.
Si induxit aliquē ad iurandū quē sciebat falsē iuratuꝝ. vide Juramentū. ij. §. ꝓ.
Si iurauit vituperose ꝑ ꝛum vel sanctos. ibidem. §. xij.
Si iurauit nō fm̄ intentionē ꝑantis iura/mentū. vide Juramentū. iij. in prin.
Si nō ɔpleuit qđ sub iuramento ꝓmisit in casu q̄ tenebat. ꝛ qñ h̄ sit hēs Juramētū v. ꝑ totū. ꝛ quō ē mortale p̄tm nō imple/re qđ iuramēto ꝓmisit. hēs p̄iurū. §. i.
Si fecit se absolui a iuramēto sine cā legiti/ma vide Juramētū. vi. ꝑ totū. ꝛ ꝛca legi/tima q̄ sit ꝛqs pōt absoluere a iuramento
Si qñ tenebat orare vōlūtarie se occupauit i his q̄ distrahūt mēt̄. vide hore. §. xxvi
Si simulauit sanctitatem quam non habe/bat. vide Simulatio. §. vlti.
Si adiurauit hoīes vel ꝛmones aut alias creaturas. vide Adiuratio. ꝑ totum.
Circa terciū p̄ceptū. Sabbata sctifices. ei⁹ exp̄sitōz hēs. j. p̄ceptū. §. v. ex cui⁹ decla/ratōe sic sunt formade interrogationes
Si exñs corpe san⁹ ꝛ nō occupat⁹ i spūalib⁹ bonis stetit ociosus. nec aliqđ opat⁹ ꝛp̄no festiuo vñ vinat. vel vñ tribuat egentib⁹ qz magn⁹ excessus ociositatis videt̄ mor/tale p̄tm. ꝛ quo vide Preceptum. §. v.
Si in diebꝫ festiuis ꝛ p̄cepto nō habuit at/tritionē ꝛ p̄tis mortalib⁹ ɔmissis. ꝛ q̄/bus nō fuit ɔtritus. vide Ferie. §. xli.
Si vacauit ludis aut chorcis. ꝛ quo vide Chorea ꝑ totum. ꝛ Ludus ꝑ totum.
Si non vacauit ꝛo i dictis festis saltem in aliqua hora. qz mortale. vide Ferie. §. ix.
Si fecit hastiludia qz sunt ꝓhibita q̄bulcū/q; diebꝫ sic ꝛo incamēra fm̄ Rui. iij. vii.

xxxvij. ex ꝓsimili rõne. vt ī. c. i. de tornea.
Si fecit opus manuale vel fecit fieri ī prędictis festis ī casibus non ꝓcessis. vide Festa que opera licēt et que nõ. et q̄ sint festa p̄cepta. et q̄n est mortale opus seruile ī die festo. et q̄n incipit festum. vide ibidem per totum.
Si nõ audiuit missaz integram ī prędictis diebus. vide ibidem. §. xlij.
Si existēs ī missa occupauit se in vanis. vi de Hora. §. xxvi. et Ferie. §. xliij.
Si audiens missam ī p̄dictis diebus dixit oratões quas tenebaꝫ dicere ex voto vel pnia aut rõne ordis. vide Ferie. §. xlvi.
Si audiue p̄dicatõem contempsit in festis. vide ibidem. §. xliij.
Si non fecit oblatõem ī missa ad quam tenebatur. vide Oblatio. §. i.
Si ī diebꝫ festiuis de p̄cepto ꝓmisit aliqua peccata mortalia. vide i dicto. §. v. et Ferie. §. xxxvi. Et q̄ difficile est scire dicere que peccata ꝓmisit ī festis. et interrogare ī quolibet peccato si illud ꝓmisit ī festo ē difficile. potes sine alio scrupulo peccatorem interrogare sic. Peccasti mortaliter in festis. et si dicit ꝙ sic. interroga secundo ī q̄t festiuitatibꝫ. Et si nescit interroga eum si quasi in omnibus vel ī maiori parte ipsa rum vel ī minori. Et tercio interroga si ī eo dē festo aliq̄n bis vel septies et sepius. et sic sufficit quo ad istã circũstantiaz absq̄ hoc ꝙ exꝑmat speciē peccati qõ ꝓmisit. vel absq̄ hoc ꝙ ī quolibet p̄cto qõ ꝓfitet interroges si fecit ī festo. qõ bñ nota.
Circa quartũ p̄ceptũ. Honora patrez tẽ. cuius expositio habet Preceptuz. §. viij. ex quo interroga vt. j.
Si nõ dilexit p̄trez vl mr̄ez. vide filiꝰ. §. xxx
Si nõ ostendit eis signa dilectiõis. sz dure se habet cum eis. ibidem.
Si dixit eis verba iniuriosa vel verberauit. qz videt mortale. p dicta ī. d. §. xxx.
Si nõ obediuit eis. vide ibidem.
Si nõ subuenit eis indigẽtibus. ibidem.
Si nõ seruiuit eis ī infirmitatibus eorum. vel fecit seruiri. ibidem.
Si maledixit eis. vide Maledictio. §. i.
Si nõ fuit executus eoz volũtates seu legata facta post eoz mortem. vide Executor §. xxiij. et xxiiij. et Heres. §. v. vsq̄ ad. §. xij. et Legatum. i. et. ij. p totũ.
Circa quintũ p̄ceptũ. Nõ occides. vide p̄ceptum. §. ix. ex quo sic interroga.
Si habuit animũ offendendi p̄mũ in persona. vulnerãdo. mutilãdo. occidendo. et hmõi. vide in. d. §. ix.
Si vulnerauit vl occidit aliq̄ẽ. vide ibidẽ
Si ꝓmisit homicidiũ spũale. s. iducẽdo aliq̄ẽ ad p̄ctm mortale vel aliꝭ modis. de quibꝰ habes Homicidiũ. iij. p totũ.
Si p̄curauit abortsum alicuius mulieris. vi de Abortsum. p totum.
Si incarcerari fecit aliquem indebite. vide Carcer. §. i. ij. et. iij.
Si pueros tenellos tenuit iuxta se ī lecto et suffocauit tormiẽdo. vide homicidiũ. ij.
De multis modis quibꝰ fit homicidium. et cũ peccato mortali. habes homicidium. i. ij. et. iij. p totum. §. xv
Si aspexit spectacula ī quibus imminebat periculũ pbabile mortis vel mutilatiõis membroz. vt torneamenta. hastiludia. et hmõi. peccauit mortaliter ī duobus casibus. Primo qñ tali animo aspexit ꝙ etiã si p̄cipere ei ne staret ad videndũ. nihilominus nõ desisteret. Secõdo qñ eius aspectio ẽ cã vt fiãt sine qua nõ fierẽt. alꝭ ẽ venialepctm̃ de se. nisi forte rõne scãdali. vt in clericis. religiosis et hmõi.
Circa sextũ p̄ceptuz. Non mechaberis. vide Preceptũ. §. x. ex cuius expositiõe sic formã interrogationes.
Si fecit fornicatõem. vide ibidẽ i. d. §. x.
Si ꝓmisit adulterium. ibidem.
Si stuprum ꝑpetrauit. ibidem.
Si sacrilegiũ operatus est. ibidem.
Si incestuosus fuit. ibidem.
Si fuit sodomita. ibidem.
Si alio mõ ꝓ se se polluit q̄litercunq̄z. vide Luxuria. §. ij.
Si voluntarie cogitauit de hmõi p̄ctis propter delectationem. ibidem.
Si voluntate desiderauit aliqđ ipsorũ cõmittere. ibidez. Nñ hic aduerte ꝙ toties peccat mortaliter quotiens hoc deliberate appetit ꝑpetrare ex diuersis iteruall' tpis vel psonaz. puta qz nũc desiderat vnã psonã ad malefaciẽdũ. postea occupatus ī aliq̄ alio alia cogitat. demũ postea iterũ recordat de illa psona et iterz eaz ocupiscit. Sil'r qñ nũc vnã psonã et postea aliã desiderat. qz ī istis casibꝰ sunt diuise auersiones. aliq̄ rõe tpis. aliq̄ rõe materie. vñ qz ī hꝰ p̄cto carnis magis sunt inuoluti homines cõiter q̄z ī alio. et multũ imorari ī iterrogatõe de hmõi ẽ piculosum et ofessoꝛi et ofitẽti vt dictũ ẽ. Ideo vt expedite possis q̄ sunt necessaria ꝑtãsire. tale modus te-

nebis. Si illa ꝑsona q̄ ꝯfitetur est ꝑsona spūalis vel mulier. aut aliqs verecūdus ⁊ qui nō est ꝯiugatus. ꝑsertim puella. interrogabis eā ꝑmo si ꝯmisit aliquo d̄ pec/catū inhonestatis vel luxurie ope vel vo/luntate. Si nihil dicet. ⁊ tm̄ tibi videbi/tur q̄ sit inuoluta i aliquo. tūc interroga/bis eā de cogitatōnibus. Si delectata est cogitare de hm̄oi carnalibus. ⁊ inuento q̄ sic. declara ei quō est pctm̄ mortale. vt ha/bes. s. Cogitatio. §. ij. Postea ꝓcede ⁊ in/terroga. si delectata ē audire loq̄ de hm̄oi. vel videre vel tāgere se vel aliā ꝑsonam p̄/pter hm̄oi delectatōem. et q̄riēs. ⁊ si i die/bus festis magis q̄ in alijs. ⁊ si inueneris q̄ talia ꝯmisit: potes postea interrogare si habuit aliquā pollutōem ꝓpter talia ꝑ se vel cū alia ꝑsona. vt sic caute inducas eā ad ꝯfitendū q̄ ex verecūdia forte taceret Si ꝯfo ꝑsona q̄ ꝯfitet interrogata ꝑmo ge/neraliter si aliqō pctm̄ luxurie cōmisit. et rn̄det q̄ sic. interroga si fuit cū femia. vel femia cū masculo. ⁊ inuēto q̄ sic. interroga si erāt soluti vl̄ nō. si affines vl̄ cōsangui/nei. Si religiosus vl̄ religiosa ⁊ hm̄oi. vt scias si fuit fornicatio vel adulterium. et hm̄oi. Et inuēto q̄ i hm̄oi ē inuolutus. tūc nō oportet interrogare de cogitatōibꝫ mortalis. q̄ cōiter sunt i talibꝫ deliberate i malū si possibilitas adesset. Jō circa talēs interrogabis ꝑmo de cogitatiōibꝫ delibe/ratis i malū istud. Et q̄ numerꝰ difficile ē ⁊ varietatē ꝑsonarꝫ exp̄mere. sufficit ti/bi q̄ ad necessitatē ꝯfessionis vt interro/ges q̄tū ꝑseuerauit i talibꝫ cogitatōibꝫ. puta a tpe q̄ als ꝯfessus ēqō ē annus vel plus. sēdo interroga q̄s̄epe tales cogitati ones habuit. puta bis i die vl̄ i hebdoma da: aut plᵒ oibꝫ ꝯputat'. vl̄ si forte maio/rē ptē tpis i hm̄oi occupauit. Tercio iter roga si sic i diebꝫ festiuis sic i alijs circa p̄/dicta vacauit: vel forte plᵒ i festis. Quar/to interroga si i eccl̄ijs vl̄ locis sacris eas habuit. Quīto interroga si sic desiderauit ꝯiugatos religiosos. ꝯsāguineos. ⁊ hm̄oi sic alios indiscrēter. Sexto interroga si se/pᵒ variauit mentē d̄ vna ꝑsona ad aliā. ꝑm q̄ occurrebāt memorie vel magis ste/tit i desiderio cū vna ꝑsona. Et sic sufficit q̄ ad cogitatōes. licet alio mō numerꝰ vel tps aut locū exp̄mere nesciat. Et ide fuā dū ē i oibꝫ pctis q̄ sepissime ꝯmissa sunt. p̄sertim quo ad quattuor p̄ma.

Postea interrogabis eū si vt suū posset ꝯsequi desideriū malū dedit operā i ducendo ho/reas. i dādo munera. in faciendo matuti/tas. cātādo. sonādo. pcādo. loquēdo. am/basiatas mittēdo. lr̄as scribēdo ⁊ hm̄oi. ⁊ quantū se occupauit i istis. ⁊ a quāto tpe ⁊ si diebꝫ p̄cipue festis. vl̄ i eccl̄ijs aut lo/cis religiosis. Vel si fuit ꝑsona cui p̄dicta fiebāt. interroga si ꝯsensit vt talia fierent vl̄ exhibuit se ꝯspectui tal'. vl̄ recepit lr̄as aut munera. ⁊ quantū tps ꝑseuerauit. ⁊ si i festis vel i eccl̄ijs. Nā faciētes ⁊ ꝯsenti/entes i hm̄oi oēs mortaliter peccāt. Et si munera sunt q̄ inducāt ad amorē carnalē cogēda ēt paupibꝫ eroget. Si ꝯfo talia nō sunt. nō est cogēda nisi de bono ꝯsilio si ille donare potuit. de quo habes Donatio i. p. totum.

Postea habes eum interrogare de opē luxu/rie. Et si dicit q̄ peccauit cū femia mascu/lus. siue femina cū masculo. nō habes q̄/rere nisi tm̄ primo si erant soluti vel ꝯiu/gati. affines vel religiosi ⁊ hm̄oi. vt scias q̄ species sit luxurie. de quo habes Luxu/ria. §. ij. Secō interroga si steterit natura/liter in vase debito. si dicit q̄ nō. noli que/rere quō vel in quo loco corpis cognouit eā. q̄ nō expedit. sufficit dicat q̄ nō in va/se debito. sed extra pollutus ē. siue incepit vase siue nō. Tercio interroga si sic pecca/do cum tali quesiuit euitare generatōem. vel steterit tali mō q̄ nō posset fieri. Quar/to quotiēs vel quantū ꝑseuerauit. ⁊ si fe/stis vt in plus vel in ecclesia ⁊ sufficit. Si dicit q̄ peccauit ꝑ se polluendo sepm̄ vo/luntarie. nō oportet querere de mo. sed lo/lum quotiēs vl̄ quantū ꝑseuerauit. vt. s. dictū est de cogitatōibus. Et sēdo si desi/derauit facere malū cuz aliqua ꝑsona q̄s̄ talibꝫ dabat operā. et q̄ sint ille ꝑsone. s. si soluti vel affines ⁊ hm̄oi.

Si dicit q̄ peccauit cū alio masculo pollu/do se cū eo. nō oportet querere d̄ loco corpis sed de quotiēs. festis vel loco sacro. aut si p/sona erat sibi ꝯsanguinea. vel religiosa. et hm̄oi. ⁊ si cū diuersis ꝑsonis. Et si ꝯsensit ꝓpter lucz vel munera: ꝯsulat vt de pau/peribus taliter acquisita.

Si ꝯfitetur q̄ peccauit cū brutis nō oportet querere de noīe bruti vel loco corpis. s̄z de quotiēs. ⁊ si in festo vel i ecclesia. Et sic g/trāsire. q̄d bn̄ notabis.

Si fuit mediator pctōz carnaliū. Nā tales grauissime deū offendūt. vt ꝑz i. c. noli. d̄ pe. dis. i. ⁊ tenent q̄tū ꝑñt taliter iducros

reducere ad bonū. & sunt inducēdi ad restituendū quicqd ꝑpter hoc lucrati sunt.
Si seduxit virginē ꝓmittēdo eā accipere vxorē & hmōi. vide stuprum. p totum.
Si habuit pollutionē dormiendo. vide pollutio p totum.
Si contraxit cum aliqua clandestine. vide Clādestinum.
Circa. vij. ꝓceptū. Nō furtū facies. cuius expositio habet ꝓceptū. §. xi. vñ sic interroga
Si fecit furtū ꝓprie dictū. & qd sit vide Furtū. i pn. & qñ sit mortale. ibidē. §. xxxiij.
Si ꝓmisit rapinaz. que est qñ violēter accepit alienū. maius ꝑccatū ꝓmisit qꝫ furās vt in. c. ꝑnale est. xiij. q. v.
Si res naufragantium accepit. vide Naufragium. p totum.
Si pedagia iniusta vel a quibus nō debuit exegit. vide Pedagium. p totum.
Si exactiones vel tallias exegit. vide Tallia p totum.
Si bellum iniustum fecit vel in eo fuit. vide Bellum. p totum.
Si ptícipauit i dādo damnū ꝓximo. operādo. mandādo. ꝓsulēdo. ꝓsentiēdo. adulādo. receptādo. defensando. ꝓmodādo. emēdo. Nō obuiādo. ratū habēdo. nō manifestādo & hmōi. de quib⁹ dic vt. §. Cogitatio.
Si inuenit aliquid quod nō restituit. vide Inuenta. p totum.
Si aliq̄ ꝓscripsit mala fide. vide ꝓscriptio.
Si ꝓmisit vsuram. vide Vsura. i. p totū
Si mutuauit ꝑcuniā vl' gnū. vinū & hmōi vt aliquid lucretur. vide ibidē. i pn.
Si mutuauit sup aliquod pignus vl' eius fructus habeat donec ꝑcunia sibi tradat vide Pignus. §. xv.
Si emit aliquid p minori qꝫ valeret ꝓpter ꝓuentionē solutōis. vsura. i. §. lxiij.
Si vēdidit p ꝑcio cariori ꝓpter dilatōez solutionis. ibidem. §. lvij.
Si fecit cambia sicca & hmōi illicita. ibidez §. li. cum pluribus se. §.
Si dedit ꝑcuniā i societatē nolens scire aliqd de ꝑiculo. vide societas. §. vij.
Si dedit animalia i societatez volēs hꝫe capitale saluū. vide societas. ij. p totum
Si accepit ꝛb vsur⁹ sine necessitate vl' ab eo q̄ nō erat paratus. vide Vsura. ij. §. ij.
Si accepit in dono aliqd ab eo qui donare nō poterat. vide Donatio. i. §. xxxviij.
Si accepit a ꝑsonis ecclesiasticis aliqua bona ecclesiaz. vide Alienatio. §. xiij.
Si incēdit ecclesias vel fregit aut loca religiosa. vide Excōicatio. v. vl' alio mō fuit incēdiarius. vide Incendiarius.
Si fecit ꝓcussionē ꝓminādo. nisi mihi dederis tē. vide Concussio. p totum.
Si vt hꝫet aliquid ꝓsensit in aliquod opus ꝑccati mortalis. vide Auaricia. §. ij.
Si p simoniā aliqd acqsiuit. vide simonia p totum. & dicam circa status.
Circa. viij. ꝑceptum. Nō dices falsum testimoniū tē. cuius expositio habet ꝑceptuz §. xij. ex qua potes sic interrogare.
Si dixit mēdaciū i iudicio vl' extra ꝓ doctrinā xpiane religionis vel i damnū ꝓximi. vide mēdaciū. §. ij. & iij. et Testis. §. xxx.
Si noluit testimoniū dicere ꝓductꝰ i testē. vide Testis. §. xxvi. & §. xxvij.
Si vsus fuit astutia. vide Astutia. §. i.
Si accepit ꝑcuniā vt nō diceret veritatem vide Testis. §. xxviij.
Circa. ix. ꝓceptū. Nō ꝓcupisces domū ꝓximi tē. & x. Nō desiderabis vxorē eꝰ. qliter intelligant habes ꝑceptū. §. xij. Ex q̄bus potes sic interrogare.
Si voluit habere res ꝓximi sui qualitercunqꝫ siue cū iusticia vel cū iniusticia & delibrate. qz pctm̄ mortale est ꝓtra istud ꝓceptū. secus esset si optaret habere salua iusticia. quia sic vel nullum vel veniale esset ꝑccatum. vide Auaricia. §. i.
Si fuit ꝓtētus hꝫe amatores vl' amatrices hmōi. de quib⁹ dic vt. §. Cogitatio.
Si posuit se ad fenestras vt videret. dic vt §. hic circa ꝑceptū. Nō mechaberis.
Circa. vij. pctā mortalia ꝓmo interroga de superbia. & sic forma interrogationes.
Si ꝓpter inordinatum amorez excellentie egit aliquid contra duuma ꝑcepta. vide superbia. in pn. & §. i.
Si extimauit habere bonū quod habet a se nō a deo. vide superbia. §. ij.
Si bona que habuit credidit a deo sibi data ꝓpter sua merita. ibidem.
Si se iactauit hꝫe bona q̄ nō hēbat. ibidē.
Si despectis alijs singulariter appetit videri habere qđ nō habet. ibidem.
Circa filias superbie interroga ꝓmo ꝺ ambitione. vide Ambitio quid sit. i pn.
Si desiderauit beneficia ecclesiastica principaliter ꝓpter honorē vel bonū tpale. vide Ambitio. §. i.
Si appetiuit dignitatē sciēs se idignū. ibiꝺ
Si q̄siuit dignitates p vias illicitas. ibidē.
Si emit officia. vide Officium. §. i.

Si mutuauit sup ipsis officijs. ibidē. §. iij.
Si p ptialitatē quesiuit officia vt oīm mō adiuuet partē mortaliter peccauit ppter inordinationē voluntatis.
De scda filia que dr psumptio quid sit. vide Presumptio. ij. in prin.
Si posuit se ad faciendū q erāt supra facultatem suam. vide Presumptio.
Si exercuit officium quod nesciebat in periculum proximi. vide ibidem.
Si exposuit se piculis pctōz mortalū pbabiliter mortaliter peccauit. si aduertebat d piculo. vt ptz p ea q notaui Cogitatio.
Si nimis presumpsit d dei misericordia. vide Presumptio.
De tercia filia que dicit curiositas. vide Curiositas quid sit. in pncipio. Si stetit ad audiendū peccata que aliquis confitebatur. vide Confessio vlti. §. xvij.
Si voluit addiscere vel videre aut audire q fieri non possunt sine mortali peccato. puta fornicatōes t incantationes. t hmoi. vide Curiositas. §. i.
Si voluit addiscere a quibus nō debuit, vt demonibus. ibidem.
Si voluit expiri q nō licēt. vt si incātatōes habēt effectū mortaliter peccauit. ibidem
Si attendens curiosis dimittit addiscere vel intendere necessarijs ad salutē ē mortale peccatum. ibidem.
De quarta filia que est Ingratitudo.
Si despexit beneficia dei aut alteri⁹. vide Ingratitudo. §. i.
Si non retribuit benefactori. ibidem.
Si benefactori iniuriatus est. ibidem.
De. v. filia que nūcupatur Judiciū temerarium quid sit. vide Judicium. §. xvij.
Si iudicauit i malū determinate factū alterius. vide Presumptio. i.
Si vsurpauit iudicium nō habens officiū. vide Judicium. §. xvij. quomodo multipliciter dicit temerarium.
De. vi. filia que dicitur Adulatio.
Si fuit adulator alicuius de peccato perpetrato. vide Adulatio. §. i. t. §. v.
Si adulando prouocauit aliquem ad superbiam. vide ibidem.
De. vij. filia superbie que dicit Irrisio. et q̄d sit vide Derisio. in prin.
Si derisit primū. vide Derisio. §. i.
Si derisit sacra vl volētes fruire deo. ibidē.
De. viij. filia que est tentare deum. t quid sit vide Tentare deum.
Si exposuit piculo pbabili mortis sine necci-tate. vide Intimiditas t Tentare deum.
De. ix. filia q ē ptinacia t q̄d sit vide pinax.
Si fuit nimis ptinax i suo sensu. vide ibidē.
De vltima filia que est Arrogantia. vide arrogantia quid sit.
Circavanam gloriam que quomō aliqñ dr capitale peccatū. aliquādo filia superbie. vide Vana glozia.
Si noluit laudari de eo quod est contra deum. vide ibidem. §. i.
Si pretulit gloziam suam deo. ibidem.
Si ordinata ad nostram salutez retulit ad gloziam propziam. ibidem.
Si ostituit finem in laude hominū. ibidem.
Circa filias vane glozie prout ē capitale vicium. interroga primo de ornatu indebito. t qñ sit indebitus. habes Ornatus. p totum. t sic interroga.
Si mala intentione ornauit se. ibidem.
Si inhoneste. ibidem.
Si nimis superflue. ibidem.
Si nouas inuentiones adinuenit. ibidem.
De inobedictia q est scda filia. vide Inobedientia. p totū.
De inobedientia circa pce | pta ecclesie sic interroga.
Si obseruauit festa precepta ab ecclesia. et que sint habes Ferie. §. iij.
Si ieiunauit in vigilijs preceptis. vide Jeiunium. §. vij. que sunt precepta.
Si confessus est semel in anno. vide Confessio. i. §. ij. t. iij.
Si suscepit sacramentū corpis christi semel in anno. vide Eucharistia. ij. in prin. et p totum.
Si audiuit missam in festis pceptis. vide Ferie. §. xlij.
Si fecit torneamenta. seu consensit vt fierent. vide Torneamentum. per totum.
Si contraxit matrimonium clandestine. vide Clādestinum. per totum.
Si fecit aliquod eozum quod phibet sb pena excōmunicationis late sentētie. de quo vide Excōmunicatio. v. t. vi. t. vij.
Si fuit excōmunicatus ab aliquo.
Si participauit cum excōmunicatis. vide Excōmunicatio. viij. per totum.
De inobedientia certarum personarum habes infra circa status.
Si fuit inobediens suis plātis vel dñis. vide Obedientia. t vide Inobedientia.
Si fecit cō scientiā. vide Conscientia. §. i.
De iactātia q ē. iij. filia. vide Jactātia. i pncto. vide ibidem. §. i.
Si iactauit se de aliquo peccato mortali fa-
Si iactauit se i vitupiū alioz. vide ibidē

in receptionem alicuius. ibidem
De pertinacia que ponitur ab aliquibus filia superbie. habes. s. §. xiij.
De hypocrisi. vide simulatio. §. iij.
Si simulauit sanctitatē in receptōez populi. vel vt assequeretur plationes. ibidem.
De discordia que est sexta filia vane glorie. vide Discordia.
Si noluit concordari cuz alijs in his q̄ erāt bona ꝓpter elationem suam. ibidem.
De rectōe q̄ ē septima filia. vide Cōtentio.
Si habuit contentionē ꝓpter emulationez alicuius. ibidem.
Si ꝛtendit disputādo ꝓtra veritatē. ibidē.
Si contendit iudicio ꝓtra iusticiaz. ibidem.
Si contendit ita inordinate ꝙ scandalū facit aliquibus. ibidem.
Si subornauit aliquos in electione vel testimonio ꝛ hmōi. vide subornatio.
Si nimis vilipendit se. vide Ironia.
De astutia. si vsus ē sil'atione. vide Astutia
Circa auariciam que est capitale peccatum. vide Auaricia. in prin. quid sit.
Et quia consistit in retinendo. acquirendo. ꝛ appetendo. sic interroga.
Si retinuit q̄ restituere tenebaꝫ. vide Restitutio. iij. ꝓ totū. ꝛ q̄s teneꝫ. hēs Restō. i.
Si non soluit creditoribus in termino cuz posset. vide solutio. §. xxv.
Si retinuit superflua ꝛ nō fecit elemosinas vide Auaricia. §. iij.
Si non fecit elemosinā de arte sua. puta medicus pauperi infirmo. aduocatus cliento pauperi. de quo vide Aduocatus. §. x. ꝛ Medicus. §. v.
De auaricia in acquirendo. vide Auaricia. §. ij. ꝛ satis patet. s. in. vij. precepto.
De auaricia ī appetendo. hēs Auaricia. §. i.
Si appetiuit illicite vel illicita vel multum animo suffocato. vide ibidem.
Circa filias auaricie. ꝑma est Proditio.
Si prodidit castrum vel terram inimicis vel tra mortale tenetur de omni damno.
Si ꝓdidit res primi volentiby eas auferre iniuste. vltra mortale sil'r tenetur ad restitutionē.
Si habita sub sigillo secreto vel confessionis reuelauit. habes Confessio vlti. §. i. ꝛ §. xxiij.
Si aperuit lras alterius sigillatas. vide falsarius. §. ij.
Si secreta dñi sui reuelauit in eius damnū vltra mortale tenetur ad restitutōem. vide Feudum. §. xvi.
De fraude que est secūda filia. habes Fraus
Si fecit fraudem legi. ibidem. §. ij.
Si fraudauit iustas gabellas. vide Pedagium. §. vi.
Si vendidit vnā rē ꝓ alia. puta vinuz limphatū ꝓ puro. corrupta ꝓ sanis. pecus ꝓ castrato. ꝛ hmōi. habes Emptio. §. viij.
Si aliquam fraudem fecit in receptionez ꝓximi. vide Dolus. §. ix.
De fallacia q̄ ē tercia filia. habes Falsarius.
Si falsificauit aliqd̄ instrumentū. bullā vel libz̄. vide Excōmunicatio. v. casu. iij. et Falsarius. §. i. cum sequentibus.
Si destruxit instrumēta vel scripturas. vide
Si occultauit scripturas Falsari⁹. §. iij.
vide Restitutio. i. in lra scripturas.
Si falsificauit sigilla prelatorum. vide Falsarius. §. ij.
Si falsificauit mensuras. ibidem. §. xi.
Si monetā. ibidem. §. iiij. cum sequētibus.
Si ex falsa cā obtinuit aliqd̄ bñficiū ecclesiasticū vltra mortale teneꝫ renūciare si alꝫ nō obtinuisset. vide Rescriptum. §. iij.
De inquietudine mentis qua q̄s nimis sollicit⁹ ē circa tpalia. ꝛ tunc ē mortale pctm. qñ ꝓ eā q̄s omittit necessaria ad salutem alꝫ est veniale pctm. vide Inquietudo
De violentia que est quinta filia satis patz ī vij. pcepto. ꝛ in titulo Rapina.
De immisericordia que est sexta filia qua nō subuenit quis indigenti. habes Auaricia §. iij. ꝛ Elemosyna. §. i.
De acceptione ꝑsonarum que est septima filia. habes Acceptio personarum.
Si in iudicio accepit personam. vel ī distribuendis officijs vel beneficijs vl' elemosynis. vide ibidem. ꝓ totum.
Si in electionibus nō elegit magis dignū. vide Electio. §. xxi.
De turpi lucro qđ est octaua filia. vide Turpe lucrum. ꝛ tale est peccatum quale illud ꝓpter quod acquirit.
De ludo qui ꝓuenit aliquando ex auaricia. vide Ludus. per totum.
Si lusit ad pillam vel aluz ludum in quo versatur industria. vide Ludus. §. ij. qñ licet
Si ludit ad ludum in quo versatur fortuna. ibidem. §. iiij.
Si steterit ad inspiciendum ludentes. vide ibidem. §. vi.
Prodigalitas est contraria auaricie. sed tamen peccatum. vide Prodigalitas.
Si superflue expendit res in pompis. equis ꝛ hmōi notabilis excessus videtur mortalis. vt patet Ornatus. §. vi. ꝛ ibi vide

Interrogationes

Circa luxuriã que est capitale vicium. vide Luxuria. ⁊ de hoc habes. ꝫ. vi. ꝑcepto.

Circa ꝯo filias luxurie. quaꝝ ꝑma est Cecitas mẽtis. de qua Cecitas mẽtis. ĩ ꝑn.

Si ita occupatus fuit ĩ mũdanis mente ꝙ nescit aliq̃d de deo intelligere vel necessaria ad salutem. vide ibidem. ℣. i.

De ꝑcipitatõe q̃ ẽ scda filia. vide ꝑcipitatio.

Si fuit ꝑceps ĩ opibꝫ suis ꝯtemnens ꝯsidere vel ĩ periculũ. vide ibidem.

De inconsideratione que est tercia filia luxurie. vide Inconsideratio.

Si fuit incautus maxime vbi imminebat periculũ. vel vbi tenebat de leui vel leuissima culpa. qz licet excuset aliqñ a mortali nõ tamẽ ab obligatõe restitutõis. vt habes Culpa. ℣. v. ⁊. vi.

De amore sui quo quis querit delicias ⁊ quietem. vide Amor sui.

De amore seculi qui est quinta filia luxurie. habes Diligere. ℣. iij.

Si voluit ꝑpetuo stare ĩ mũdo. vide ibidẽ.

Si dilexit mundũ constituens ibi finẽ. vl̃ ad voluptatem. vide ibidem.

De horrore futuri seculi ex quo homo vellet nunq̃ mori. vide Diligere. ℣. iij.

De inconstantia que est septima filia habes Inconstantia.

De odio dei quod ẽ octaua filia luxurie. habes Odium dei.

De stultiloquio aut scurrilitate que sunt filie luxurie. dic. si vsus ẽ ꝛ̃bis libidinosis aut inhonestis aut gestibꝫ vel ad ꝓuocãdum alios. vel vñ ꝓbabiliter habẽt ꝓuocari ad luxuriã est mortale pctm. Idẽ dic de turpiloquio. vide Scurrilitas.

Circa gulaz que ẽ aliud capitale pctm sunt formãde interrogatões circa eius spẽs.

Si preuenit horam in comedendo.

Si nimis laute comedit.

Si nimium studium apponit.

Si nimis comedit.

Si cũ nimio ardore seu appetitu. ⁊ qñ gula sit mortale pctm ĩ ꝓdictis. habes Gula.

De eius filiabus. quaꝝ ꝑma ẽ ebrietas. vide Ebrietas qñ est mortale peccatum.

De hebetudine mentis que est secunda filia vide Hebetudo.

De inepta letitia. scias ꝙ nõ ẽ mortale pctm nisi si ꝑ ipsaz dissolueret ꝙs i ea q̃ sũt mortalis peccati. vt chorizando ĩ caꝯ phibito ⁊ hmõi. al's est veniale peccatũ.

De multiloquio que est quarta filia. habes Multiloquium. ꝑ totum.

De scurrilitate q̃ ẽ. v. filia. hẽs Scurrilitas

Si fecit actus ita scurriles ꝙ ad ꝓuocandũ ad luxuriã sunt efficaces. videt mortale.

De immundicia que est sexta filia gule vide Immundicia.

Si comedit vl̃ bibit vt possit luxuriari. qz ẽ mortale. sec9 ẽ si vt satisfaceret vꝛoꝛi ĩ recreatõe debiti. qz sic nullum pctm vel venale qñ h̃ fecit vt magis delectaret cũ vxore

Circa inuidiã q̃ ẽ aliud capitale pctm. Inuidia. ⁊ quõ ẽ mortale pctm.

De eius filiabꝫ. quaꝝ ꝑma ẽ odiũ primi. õ q̃ vide Odium dei. ⁊ sic interroga.

